




FRAGMENTA
VET. TRAG.
Postill.
53
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze











EX LIBRIS EXULANTIBUS
ANGELI COMITIS
DE GUBERNATIS
NAZIONALE CENTRALE DI
EX FATIS DOMO EJECTUS ASYLUM QUAERO AD
FLORES



Vittorio Alfieri.

Parigi. 1791.


FIRENZE

PETRI SCRIVERII COLLECTANEA Veterum TRAGICORUM,

L. LIVII ANDRONICI, Q. ENNII, CN. NÆVII, M. PACVVII, L. ATTII, aliorumque

FRAGMENTA;

Et circa ipsa Notæ breves.

QUIBUS ACCEDUNT SINGULARI LIBELLO Castigationes & Notæ vberiores GERARDI IOANNIS VOSSII.





LUGDUNI BATAVORUM,
Apud Iohannem Maire,
cIɔ Iɔ c. XX.

PETRVS SCRIVERIVS

Clarissimo suo

GERARDO IOANNI VOSSIO,

elegantissimi iudicij & doctrinæ viro;

Quem restituendis veterum Tragicorum Fragmentis Herculem Alexicacum optat.

AMœne Vossi, si tibi placet carmen
Prioris ævi, quale rancidis Faunis
Olim excidebat, Vatibusque cinctutis,
Balbutiente gente Romuli priscâ;
Thalia, pinnis apta, cùm truci Romæ
Et bellicosis visa patribus primùm,
Volens sonare musicum, edidit rupes
Et saxa squalescapreque obsita incultâ:
Eccilla pauca Liviana fragmenta,
Illa inquam hiulca & impolita fragmenta;
Hoc stercus Ennî, Nævijque; pusque Attî,
Vomitumque Pacuvij. O amice, quid rides?
An ringeris, sic nempe casca contemni?
Non ego vetustis liveo, nec obtrecto:

Sic ſentientum plurium ſequor ſectam.
Antiquitatis ſed tamen colo cauſſâ
Iſtas tabellas naufragî, & ſinu condo
Quodcunque patitur ævitas durnare.
Illuſtre noſtri teſtimonium cultûs
Dederit libellus, publico bono factus,
Tuæque curæ miſſus atque tutelæ.
Hinc abige linguæ probra circulatricis,
Stolidumque vulgus, Zoïloſque, Momoſque.
Ægris ſed adhibe, ſis, manum ſalutarem;
Et pelle noctem, nubilumque deterge,
Quod craſſa ſæculi imperitia adlevit,
Aut fudit error. Hoc age. arripe hîc ferrum
Criticum, & Poëtis redde, quà licet, vitam:
Numeros & innumeros in ordinem coge,
Latiæ redonans priſtinum decus Muſæ.
Et gemma ſi quà lateat, è penetrali
Educ in oras, publicumque conſpectum:
Vt ſic cothurno debeamus antiquo,
Quas ſermo præfert litteratus, inſertas,
Iucunditates, gratias, venuſtates;
Grandeſque, ſi res hoc requirat, ampullas.

Hæc effer, agedum. quid moraris, ô Vossi?
Miseranda mecum hæc ossa collige, ô Vossi,
Laceroque patri dentur, aut suæ matri
(Heu lancinatæ turpiter!) Vetustati.
Nullum putato dedecus. per hunc campum
Flexit iugaleis magnus ille Turnebus:
Scaliger & ipse, Lipsiusque, Dousæque
Natus paterque, plurimique pollentes
In arte nostrâ, litterisque suffulti.
Mitte ergo currum, (nos favebimus) mitte
Equos citatos, candidam subi calcem,
Victrice, Vossi, fronde mox honestandus.
Accingere, agedum. stringe cominùs ferrum.
Aggredere. monstra perdomare quid cessas,
Fimetum & omne egerere turpis Augiæ?
Nomen secundi an Herculis reformidas?

Vale. Lugd. Bat. cIↃ IↃ c. xx. proprid. Kal. Quintiles.

INDEX

Scriptorum veterum,

è quorum libris Fragmenta hæc collecta sunt.

[Quibus asteriscus appositus est, pluries citantur; reliqui rariùs.]

* *M. Terentius Varro.*
* *M. Tullius Cicero.*
Cœlius in Epist. ad Cic.
* *Auctor Rhetoricorum ad Herennium.*
L. Afranius, Comicus.
C. Lucilius, Satyricus.
P. Ovidius Naso.
M. Annæus Seneca, Rhetor.
L. Annæus Seneca, Philosophus.
A. Persius Flaccus.
M. Valerius Martialis.
Asconius Pedianus.
M. Fabius Quintilianus.
Q. Terentius Scaurus.
* *A. Gellius.*
* *Sext. Pompeius Festus.*
L. Apuleius, Philosophus Platonicus.
Phædrus Fabulator.
Q. Septimius Tertullianus.
D. Augustinus, De musicâ.
Terentianus Maurus.
Trebellius Pollio, in Claudio.
* *Nonius Marcellus.*
* *Diomedes.*
* *Priscianus.*

* *Fl.*

* *Fl. Sosipater Carisius.*
M. Val. Probus.
Tib. Donatus.
Fl. Caper.
* *Q. Aurel. Macrobius.*
B. Isidorus.
* *Servius Honoratus; Petri Danielis, & Bibliothecæ Fuldanæ.*
Iunius Philargyrus.
Marius Victorinus.
Ruffinus de Metris.
Ruffinianus de Figuris.
Fab. Fulgentius Placiades.
Calpurnius Piso, de Continentiâ Poëtarum.
Glossar. vet. Ms. bibliothecæ Fornerianæ.
Anonymi Fragmentum de Metris, Censorino De die Natali adiectum.
Anonymi aliquot Scholiastæ poetarũ vett. Terentij, Virgilij, Horatij, Persij, Statij, Iuvenalis, &c.
Celidonius Grammaticus.
Ioannes Salisberiensis.
Varij Critici in consilium adhibiti.

ANI-

ANIMADVERTENDA.

Pag. 4. l. 6. à fine, *ſubdam lactentem.* P. 5. v. à fine 2, *Quæ nam iſta ſuavitas (ſocietas)* &c. deleatur. Livij Patavini eſt, non illius Graio cognomine dicti. P. 14. v. 17. *Extemplo Ægiſthi fidem n.* P. 16. v. 9. *-et fidem Myrmidonum, v. c.* P. 17. v. 5. *nomus ambo Vlyſſem.* Idem mendum pag. 36. v. 5. P. 20. v. 8. *Alti Acherontis falſo ſanguine i. m.* P. 32v. .2. aliàs *Salmacida ſpolia.* Ibid. v. 8. *Nulla ſancta ſocietas.* P. 36. v. 11. in margine, *Iſidorus.* P. 39. v. 7. à fine, *Aurora pudoricolor.* P. 45. v. 9. *Cuncti irruunt.* P. 51. v. 9. *Tu deſidere mavis reſidem, at contra nos hic eſſe in labore*, ex ſchidis Farneſianis. P. 54. v. 6. *amentiam averruncaſſint tuam.* quomodo rectè infra. Ibid. v. 9. *alit, creat.* P. 66. v. 4. *Barbaricam peſtem.* P. 72. v. 3. à. fine, *tagit, & tagam.* P. 91. v. 12. *In altiſono cœli clupeo*, inducatur totum, & vide Ennij Iphigeniam. P. 92. v. 17. *Quiditam obſcuri dicunt.* P. 94. pro M. PACVVII ſubſtitue L. ATTII. P. 95. v. 5. *Plautinâ Amphitruone.* P. 106. v. 5. *indecorum videretur.* P. 111. v. 11. in margine, *Adelph. act. 4. ſc. 5.* P. 118. v. 8. *Ita imperitus ſtupidate.* &c. deleatur totus verſus, perperam repetitus è præcedenti paginâ. P. 121. v. 3. *ſocium in portu.* P. 142. v. 3. in margine, *Diſſimulat.* P. 143. v. 5. à fine, *languentque ſenentque.*

DE LI.

DE

LIVIO ANDRONICO
Teſtimonia

VETERVM SCRIPTORVM.

*

L. Genutio & Q. Servilio Coss. & ab ſeditione & à bello quietis rebus, ne quando à metu ac periculis vacarent, peſtilentia ingens orta. &c. Et hoc & inſequenti anno, C. Sulpicio Petico, C. Licinio Stolone Coss. peſtilentia fuit. eo nihil dignum memoriâ actum, niſi quòd pacis deum expoſcendæ cauſâ tertiò tum poſt conditã vrbem lectiſternium fuit. & cùm vis morbi, nec humanis conſilijs, nec ope divinâ levaretur, victis ſuperſtitione animis, ludi quoque ſcenici, nova res bellicoſo populo (nam Circi modò ſpectaculum fuerat) inter alia cæleſtis iræ placamina inſtituti dicuntur. Cæterùm parva quoque (vt fermè principia omnia) & ea ipſa peregrina res fuit. ſine carmine vllo, ſine imitandorum carminum actu: ludiones ex Hetruriâ acciti, ad tibicinis modos ſaltantes, haud indecoros motus more Tuſco dabant. Imitari deinde eos iuventus, ſimul inconditis inter ſe iocularia fundentes verſibus, cœpêre: nec abſoni à voce motus erant. Accepta itaque res, ſæpiusque vſurpando excitata, vernaculis artificibus, quia HISTER Tuſco verbo LVDIO vocabatur, nomen HISTRIONIBVS inditum: qui non, ſicut antè, Feſcennino ſimilem verſum, compoſitum temerè ac

T. Livius Hiſtor. ab V. C. l.b. VII. initio.

Anno V.C. CCCXXCIX

rudem, alternis iaciebant; sed impletas modis satyras, descripto iam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. LIVIVS post aliquot annos, qui ab satyris ausus est primus argumenta fabularũ serere, idem scilicet, id quod omnes tum erant, suorum carminum actor, dicitur, cùm sæpius revocatus vocem obtudisset, & veniâ petitâ puerum ad canendum antè tibicinem constituisset, canticum egisse aliquanto magis vigenti motu, quia nihil vocis vsus impediebat. indè ad manum cantari histrionibus cœptum, diverbiaque tantùm ipsorum voci relicta. Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto ioco res avocabatur, & ludus in artem paulatim verterat, juventus, histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus iactitare cœpit, quæ indè exodia postea appellata, consertaque fabellis potissimùm Atellanis sunt, *&c.*

*

Idem lib. XXVII. Consulatum indè ineunt C. Claudius Nero, & M. Livius iterùm, *&c.* Decrevêre item Pontifices, vt virgines ter novenæ per vrbem euntes carmen canerent. Id cùm in Iovis Statoris æde discerent conditum ab Livio poëta carmen, tacta de cœlo ædis in Aventino Iunonis Reginæ. *&c.*

*

Val. Maximus lib. 2. *cap.* 4. *Anno V.C* CCCXXCIX Paulatim deinde ludicra ars ad satyrarum modos perrepsit. à quibus primus omnium poëta LIVIVS ad fabularũ argumenta spectantiũ oculos & animos transtulit isque sui operis actor, cùm sæpius à populo revocatus vocem obtudisset,

ſet, adhibito pueri & tibicinis concentu, geſticulationem tacitus peregit.

*

Doctrinâ Græcia nos & omni literarum genere ſuperabat. in quo erat facilè vincere non repugnanteis. nam cùm apud Græcos antiquiſſimum ſit è doctis genus poëtarum (ſiquidem Homerus fuit, & Heſiodus antè Romam conditam, Archilochus regnante Romulo) ſeriùs Poëticam nos accepimus: annis enim ferè CCCCX [*Scribe ex ejuſdem Bruto,* IↃXIV.] poſt Romam conditam LIVIVS fabulam dedit, C. Claudio Cæci filio, M. Tuditano Coss. anno antè natũ Enniũ: qui fuit maior natu, quã Plautus & Nævius. *&c.* *M. Tull. Cicero primâ Tuſculanâ.*

*

Nihil eſt ſimul & inventum & perfectum. Nec dubitari debet, quin fuerint antè Homerũ poëtæ: quod ex eius carminibus intelligi poteſt, quæ apud illum & in Phæacum & in procorum epulis canuntur. Quid' noſtri veteres verſus vbi ſunt? *Idem in Bruto.*

-quos olim Fauni, Vateſque canebant,
Cùm neque Muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat,
Nec dicti ſtudioſus erat. - *ante hunc.*

Ait ipſe de ſe: nec mentitur in gloriando. ſic enim ſe res habet. Nam & Odyſſea Latina eſt, ſic tanquã opus aliquod Dædali, & Livianæ fabulæ non ſatis dignæ quæ iterùm legantur. Atque hic LIVIVS, qui primus fabulam C Clodio Cæci filio & M Tuditano Coss. docuit, anno ipſo antequã natus eſt Ennius: poſt Romam conditam autem quarto decimo & quingenteſimo, vt hic ait [*deſignat Attici Annales*], quem nos ſequimur. Eſt

enim inter ſcriptores de numero annorũ controverſia. Attius autem à Q. Maximo quintum conſule captum Tarento ſcripſit Livium, annis xxx. poſtquã eum fabulam docuiſſe & Atticus ſcribit, & nos in antiquis commentarijs invenimus. Docuiſſe autẽ fabulã annis pòſt XI. C. Cornelio, Q. Minucio Coſs. ludis Iuventatis, quos Salinator Senenſi prœlio voverat. In quo tantus error Attij fuit, vt his Conſulibus XL. annos natus Ennius fuerit: cui cùm æqualis fuerit Livius, minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam dedit, quàm ij, qui multas docuerant antè hos Coſs. & Plautus & Nævius.

*

Cato Maior apud Cicer. in Dialogo de Senectute.

Vidi etiam ſenem LIVIUM: qui cùm ſeptem (*al.* ſex) annos antequàm ego natus ſum, fabulam docuiſſet (*al.* edidiſſet) Centone [*an?* Cæſone *leg.*] Tuditanoque Coſs. vſque ad adoleſcentiam meam proceſsit ætate.

*

Fabius Quintilianus lib. 10. cap. 2.

Turpe etiam illud eſt, contentum eſſe id conſequi, quod imiteris. Nam rurſus quid erat futurum, ſi nemo plus effeciſſet eo quem ſequebatur? Nihil in Poetis ſupra LIVIUM ANDRONICUM, nihil in Hiſtorijs ſupra Pontificum Annales haberemus: ratibus adhuc navigaremus. *&c.*

*

Suetonius Tranquillus de illuſt. Grammat.

Grammatica Romæ, ne in vſu quidem olim, nedum in honore vllo erat, rudi ſcilicet ac bellicoſâ etiam tum civitate, nondum magnoperè liberalibus diſciplinis vacante. Initium quoque eius mediocre exſtitit; ſiquidem antiquiſsimi docto-

ctorum, qui ijdem & Poëtæ & Oratores, semi-Græci erant. LIVIUM & Enniũ dico, quos vtraque linguâ domi forisque docuisse, adnotum est. Nihilamplius quàm Græca interpretabantur: ac si quid Latinè ipsi composuissent, prælegebant.

*

Anno deinde post Romam conditam quadringentesimo fermè nonagesimo, Coss. Appio Claudio, cui cognomentum Caudex fuit, Appij illius Cæci fratre, & M. Fulvio Flacco, bellum adversum Poenos primum cœptum est. neque diu pòst Callimachus poëta Cyrenensis Alexandriæ apud Ptolemæum regem celebratus est. Annis deinde postea paulò pluribus quàm viginti, pace cum Pœnis factâ, Coss. Claudio Centone [an? Cæsone leg.] Appij Cæci filio, & M.. Sempronio Tuditano, primus omnium L. Livius poëta fabulas docere Romæ cœpit, post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus ferè centũ & sexaginta, post Menandri annis circiter quinquaginta duobus. Claudium & Tuditanum Consules sequuntur Q. Valerius & C. Mamilius. &c.

A. Gellius Noctium Atticar. lib. 17. cap. 21. Anno V.C. IↃXIII.

*

Livius ille vetus Graio cognomine, suæ
Inserit Inonis versu puto tale docimen, &c.

Terentianus de Metris.

*

Latinæ fabulæ primò à Livio Andronico scriptæ sunt ad cunctas res, cùm etiã tum recentiùs, idẽ & Poëta & actor fabularum suarum fuisset.

Donatus de Tragœdiâ & Comœdiâ.

*

Comœdiam & Tragœdiam togatam primò Livius

Ibidem.

 vius

vius Andronicus repperit: aitque Comœdiam esse quotidianæ vitæ speculum.

*

Diomedes lib. 3. Grammat.

Epos Latinũ primus dignè scripsit † Livius, is qui res Romanorũ decẽ & octo complexus est libris, qui & Annales inscribuntur, quod singulorũ ferè annorum actus contineant: sicut publici Annales, quos Pontifices Scribæque conficiunt de Romanis, quòd Romanorũ res gestas declarant. † *Quidam* Ennius *legunt, quidam* τὸ Livius *delent*.

*

Hieronymus in Eusebij Chronico, è Suetonio De claris Poëtis.

Numero Eusebiano MDCCCXXX. Olympiade CXLVIII. Titus Livius Tragœdiarum scriptor clarus habetur, qui ob ingenij meritũ à Livio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus est. [Et Livius à Livio illo appellatus.]

*

Cassiodorus in Coss.

Tragœdia & Comœdia à L. Livio ad scenam datæ.

*

Sextus Pompeius Festus.

**Scribas* proprio nomine antiqui & librarios & Poëtas vocabant. at nunc dicuntur Scribæ quidem librarij, qui rationes publicas scribunt in tabulis. Itaque cùm Livius Andronicus bello Punico secundo scripsisset † carmen quod à virginibus est cantatum, quia prosperiùs Resp. populi Rom. geri cœpta est, publicè ei attributa est in Aventino ædis Minervæ, in quâ liceret scribis histrionibusque consistere, ac dona ponere in honorem Livij, quia ijs & scribebat fabulas, & agebat.

† Eius meminit T. Livius Histor. ab V. C. lib. 27.

*

Horatius

-Habet hos, numeratque Poëtas

Ad

Ad nostrum tempus Livî scriptoris ab ævo. lib. 2. Epist. 1. ad August. Ac statim post.

*

Non equidem insector: delendaque carmina Livî
Esse reor. memini quæ plagosum mihi parvo
Orbilium dictare: sed emendata videri,
Pulchraque, & exactis minimum distantia, miror.
Inter quæ verbum emicuit si fortè decorum, &
Si versus paulo concinnior vnus & alter,
Injustè totum ducit venditque poëma.

*

Livius Andronicus antiquissimus Poëta primus Comœdias scripsit. *Pseud. Acron in Horat.*

*

Hæc *nubes*: nam *nubs* non dicimus, quod ait Livius Andronicus, qui primus edidit fabulam apud nos. *Servius ad Virgil. Æneid. l.b. 10.*

Ad locum Eusebij sive Hieronymi animadversio Iosephi Scaligeri.

T. Livius] *Μνημονικὸν σφάλμα. Prænomen eius erat* Marcus, *non* Titus. *Hieronymum gravissimæ eius occupationes sæpenumerò à vero abducunt, vt immanes anachronismos committat. Cicero in Bruto scribit primam fabulam Romæ actam fuisse à M. Livio Andronico poëta, Claudio Centhone Cæci filio & Tuditano Coss. anno antè natum Ennium, post Romam conditam* D XIV. *Idem etiã repetitur primâ Tusculanâ. Gellius in Chronologico capite* XXI. *lib.* XVII. *refert Livium fabulas Romæ docuisse post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus ferè* CLX, *post Menandri mortem circiter* LII. *Iam Menandri mors contigit numero Eusebiano* MDCCXXIV. *Adiectis* LII, *fiet numerus* MDCCLXXVI, *qui profectò est annus antè natalem Ennij. Itaque hic committitur metachronismus annorum* LIV. *Et eiusce modi multa tanto viro excidunt non ab inscitiâ, sed à properantiâ, quæ est mater hallucinationum.* Hactenus Iof. Scaliger.

TESTIMONIA
DE
CNEO NÆVIO
Testimonia
VETERVM SCRIPTORVM.

*

Nævij Epigramma de seipso quod sepulchro suo incidendum reliquit apud Gell. lib. 1. cap. 24.

IMmortales mortales si foret fas flere,
Flerent Divæ Camænæ Nævium Poëtam;
Itaque postquàm est Orcino traditus thesauro,
Obliti sunt Romæ linguâ Latinâ loquier.

*

Terentius in Prologo Andriæ.

Qui cùm hunc accusant; Nævium, Plautum Enniū
Accusant; quos hic noster auctores habet.

*

Idem in Prologo Eunuchi.

Colacem esse Nævî & Plauti veterem fabulam
Parasiti personam indè ablatam, & militis.

*

Varro lib. 4. de L. L.

Sequitur porta Nævia, quòd in nemoribus Næviis. Nævius enim loca vbi ea sic dicta, coluit.

*

Cicero in Bruto.

At hic Cethegus Consul cum P. Tuditano fuit bello Punico secundo, Quæstorque his Coss. M. Cato modò planè annis CXL antè me consulem: & id ipsum nisi vnius esset Ennij testimonio cognitum, hunc vetustas, vt alios fortassè multos obli-

oblivione obruisset. Illius autem ætatis qui sermo fuerit, ex Nævianis scriptis intelligi potest. His enim Consulibus, vt in veteribus Commentarijs scriptum est, Nævius est mortuus: quamquam Varro noster, diligentissimus investigator antiquitatis, putat in hoc erratum, vitamque Nævij producit longiùs. Nam Plautus P. Claudio, L. Porcio, viginti annis post illos, quos antè dixi, Coss. mortuus est Catone Censore.

*

In quo tantus error Attij fuit, vt his Coss. (C. Cornelio, & Q. Minutio) XL annos natus Ennius fuerit; cui cùm æqualis fuerit Livius, minor fuit aliquantò is, qui primus fabulã dedit, quàm ij qui multas docuerunt antè hos Coss. & Plautus & Nævius. *Ibidem.*

*

Tamen illius, quem in Vatibus & in Faunis enumerat Ennius, bellum Punicum, quasi Myronis opus delectat. Sit Ennius sanè, vt est certè, perfectior: qui si illum, vt simulat, contemneret, non omnia bella persequens, primũ illud Punicum acerrimum bellũ reliquisset: sed ipse dicit, cur id faciat *Scripsêre*, inquit, *alij rem Versibus*? & luculentè quidem scripserunt, etiamsi minùs, quàm tu, politè. Nec verò tibi aliter videri debet, qui à Nævio, vel sumpsisti multa, si fateris; vel, si negas, surripuisti. *Et paullò post.*

*

-Scripsêre alij rem
Versibu', quos olim Fauni, Vatesque canebant: *Q. Ennius apud Ciceronem.*

Cùm neque Musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dicti studiosus erat.

*

Idem Cic. lib. 3. de Oratore, ex personâ L. Crassi.

Equidem cùm audio socrũ meam Læliam (faciliùs enim mulieres incorruptam antiquitatem servant, quòd multorum sermonis expertes ea tenent semper, quæ prima didicerunt) sed eam sic audio, vt Plautũ mihi aut Næviũ videar audire.

*

Idem in Catone Maiore, ex eiusdem personâ.

Quàm gaudebat bello suo Punico Nævius? quàm Truculento Plautus, quàm Pseudolo?

*

Idem lib. 4. de Rep. apud August. de Ci. Dei lib. 2. cap. 9.

Sed Periclem, cùm jam civitati maximâ auctoritate plurimos annos domi & belli præfuisset, violari versibus, & eos agi in scenâ non plus decuit, quàm si Plautus noster voluisset, aut Nævius P. & Cn. Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni maledicere.

*

Cicero in primâ Tusculanâ.

Annis ferè CCCCCXIV post Romã conditam Livius fabulam dedit, C. Clodio, Cæci filio, M. Tuditano Coss anno antè natum Ennium, qui fuit maior natu quàm Plautus & Nævius.

*

Volcatius Sedigitus de Poëtis Comicis apud Gell. lib. 15. cap. 24.

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam Poëtæ Comico quoi deferant:
Eum meo judicio errorem dissolvam tibi:
Vt contra si quis sentiat, nil sentiat.

Cæci-

Cæcilio palmam Statio do Comico.
Plautus secundus facilè exsuperat cæteros.
Dein Nævius, qui fervet, pretio in tertio est.
At si quid quarto detur, dabitur Licinio.
Attilium post Licinium facio insequi.
In sexto consequetur hos Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octavum obtinet.
Nono lòco esse facilè facio Luscium.
Antiquitatis causâ decimum addo Ennium.

*

Hactenus tamen imitati (Grammatici) vt carmina parùm adhuc divulgata, vel defunctorum amicorum, vel si quorum aliorum probassent, diligentiùs retractarent: ac legendo, commentandoque etiam, cæteris nota facerent. vt C. Octavius Lampadio Nævij Punicum bellum, quod vnico volumine & continenti scripturâ expositum, divisit in septem libros. *Suetonius Tranquillus de Illust. Grammaticis.*

*

Anno deinde post Romam conditam quingentesimo vndevicesimo Sp. Carvilius Ruga primus Romæ de amicorum sententiâ divortium cum vxore fecit, quòd sterilis esset, iurassetque apud Censores vxorem se liberorum quærendorũ causâ habere. Eodemque anno Cn. Nævius poëta fabulas apud populum dedit. Quem M. Varro in libro de Poetis primo, stipendia fecisse ait bello Punico primo: idque ipsum Nævium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. *A. Gell. lib. 27. cap. 21.*

*

Sicuti de Nævio quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Ariolum & Leontem, *Idem lib. 3. cap. 3.*

tem,

tem, quum ob assiduam maledicentiam, & probra in principes civitatis, de Græcorum more Poëtarum dicta [f. ducta] in vincula Romæ à Triumviris coniectus esset. Vnde pòst à Trib. Plebis exemptus est, quum ijs, quas supra dixi fabulis, delicta sua, & petulantias dictorum, quibus multos antè læserat, diluisset.

*

Hieronymus in Chronico Eusebij. Olympiade CXLIIII. Nævius Comicus Vticæ moritur, pulsus Româ factione nobilium, ac præcipuè Metelli.

*

Sex. Pompeius Festus in Saturno. Versus quoque antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnij appellantur, quibus & à Nævio bellum Punicum scriptum est, & à multis aliis plura composita sunt.

*

Idem in Barbari. Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Græcis: vnde Plautus Næviũ Poëtam Latinum, Barbarum dixit.

Locus Plauti, quem intelligit, est in Milite glorioso, scena 3.

Nam os columnatũ Poëtæ inesse audivi barbaro,
Quoi bini custodes semper totis horis accubant.

*

Isidorus lib. 9. c. 1. Originum. Romana lingua, quæ post Reges exactos à populo Rom. cæpta est. Nam Nævius, Plautus, Ennius, Virgilius Poetæ; ex Oratoribus Gracchus,

&Cicero, vel cæteri* effuderunt [*al.* * effulserunt.]

*

*Nævius implicata, & Hortensius invenusta, & Cinna illepida, & Memmius dura: ac deinceps omnes rudia fecerunt atque absona. *A. Gell. lib. 19. c. 9.* *Novius

*

Quod verò ad clausulas, id est minuscula cola, pertinet, quot genera versuum sunt, totidem metra pro clausulis poni possunt, vt solent in canticis magis quàm diverbijs, quæ ex trimetro magis subsistunt, collocari: & præcipuè apud Plautum, & Nævium, & Afranium. Nam hi maximè ex omnibus membris versuum colis ab his separatis licenter vsi reperiuntur in clausulis. *Rufinus de Metris Comicis.*

DE

TESTIMONIA
DE

Q. ENNIO

Testimonia

VETERVM SCRIPTORVM.

*

Ipse Ennius apud Nonium in V. propinare, & medullitus.

ENNI Poëta *salve, qui mortalibus*
Versus propinas flammeos medullitus.

*

A. Gell. capite Chronologico 21. lib. 17.

Claudium & Tuditanum Coss. sequuntur Q. Valerius & C. Mamilius [*Ita legendum. Alias corruptè* Manilius, & Manlius] quibus natum esse Q. Ennium Poetam, M. Varro in primo de Poetis libro scripsit. *Adde huc Tulliana, ex eius Bruto & primâ Tusculanâ; quæ suprà leguntur.* [C. Mamilius Turrinus, Q. Valerius Falto Coss.]

*

Hieronymus in Chronico Eusebiano. Olympiad. 135. ex Suetonio de claris Poetis.

Q. Ennius Poeta Tarenti [*imò Rudijs*] nascitur: qui à Catone Quæstore Romam translatus habitavit in monte Aventino, parco admodum sumptu contentus, & vnius ancillæ ministerio.

*

Cicero 2. de Oratore.

Vt illud Nasicæ: qui cùm ad poetam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti Ennium, ancilla dixisset, *domi non esse*: Nasica sensit, illam domini iussu

ni iussu dixisse, & illum intus esse. Paucis pôst diebus, cùm ad Nasicam venisset Ennius, & eum à ianuâ quæreret, exclamat Nasica, *se domi non esse.* tum Ennius, *Quid? ego non cognosco vocem,* inquit, *tuam?* Hîc Nasica, *Homo es impudens: ego, cùm te quærerem, ancillæ tuæ credidi, te domi non esse; tu mihi non credis ipsi?*

*

Ennio cive nobiles Rudiæ. *Pompon. Mela lib. 2.*

*

Ennius ingenio maximus, arte rudis. *Ovidius 2. Trist.*
Eidem 1. Amor. elegiâ 15. *arte carens.* & Horatio *curâ carens.* Vide infra.

*

Ingeniosus poëta, & auctor [*An*, actor, *legendum?*] valdè bonus. *Cic. Orat. pro Murenâ.*

*

Summus poëta noster. *Idem Orat.*
pro L. Cornel. Balbo, & lib. 1. de Orat. itemque Eumenius Rhetor.

*

Ennius v noster cecinit, qui primus amœno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam
Per genteis Italas.
Lucretius lib. 1.

*

Nunquam poëtor, nisi podager. *Ennius de se ipso.*

*

Ennius ipse pater nunquam, nisi potus, ad arma
Prosiliit dicenda.
Horat. lib. 1. Epist. 10.

En-

Q. Seren. Sammonicus cap de Podagra.

Ennius ipse pater, dum pocula siccat iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.

*

Terentius in Prologo Andriæ.

Qui cùm hunc accusant; Næviũ, Plautum, Ennium
Accusant, quos hic noster auctores habet.

*

Plin. lib. 7. cap. 27.

Vtique si recipiatur poëtica fabulositas, Q. Ennius &c.

*

Auctor Rhetor. ad Heren. l. 4.

Ita vt si de Tragœdijs Ennij velis sententias eligere, aut de Pacuvianis periodos. &c.

*

Gell. lib. 11. cap. 4.

Versus Euripidis Q. Ennius, cùm eius Tragœdias verteret, nõ sanè incommodè æmulatus est.

*

Cic. de optimo genere Orat.

Nec Andromacham igitur, aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiunt: sed tamen Ennium & Pacuvium & Attium potiùs, quám Euripidem & Sophoclem legunt.

*

Idẽ Acad. Quest. lib. 1.

Quid enim caussæ est, cur poëtas Latinos Græci literis eruditi legant, Philosophos non legant? An quia delectat Ennius, Pacuvius, Attius, multi alij, qui non verba, sed vim Græcorum expresserunt Poetarum?

*

Idem Orat.

Ennio delector, ait quispiam: quòd non discedit à

dit à communi more verborum: Pacuvio, inquit alius; omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus: multa apud alterum negligentiùs.

*

Quis enim tam inimicus penè nomini Romano, qui Ennij Medeam, aut Antiopam Pacuvij spernat, aut reijciat? Qui se eisdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas literas oderit? *Idem de Fin. 1.*

*

Non æquis quendam oculis vidisti, qui de ingenio tuo malè loquutus est. Recipis hanc legem? Ergo te Ennius, quo non delectaris, odisset; & Hortensius tibi simultates indiceret; & Cicero, si derideres carmina eius, inimicus esset? *L. An. Seneca de Irâ lib. 3.*

*

Non id ago nunc hac diligentiâ, vt ostendam quantum tempus apud Grammaticum perdiderim; sed vt ex hoc intelligas, quantum apud Ennium & Attium verborum situs occupaverit: quum apud hunc quoque, qui quotide excutitur, aliqua nobis subducta sint. *Idem Epist. 58.*

*

Ennius, nisi cui videtur inter nostræ ætatis politiores munditias respuendus, &c. *Macrobius lib. 1. cap 4.*

*

Nemo ex hoc viles putet veteres Poetas, quòd versus eorum scabri nobis videntur. Ille enim stilus Enniani sæculi auribus solus placebat; & diu *Idem lib. 6. cap. 3.*

laboravit ætas ſequuta, vt magis huic molliori ſtilo acquieſceretur.

*

Martialis lib 11. Epigr. 91.

Carmina nulla probas molli quæ limite currunt,
Sed quæ per ſalebras altaque ſaxa cadunt.
En tibi Mæonio quod carmine maius habetur,
Lucilî columella heic ſitu' Metrophan' eſt.
Attonituſque legis † terraï frugiferaï:
Accius & quidquid Pacuviuſque vomunt.

† Enninm notat; cuius illud eſt ex Annalibus, teſte Diomede lib. 1.

*

Quintilianus lib. 10. cap. 1.

Ennium ſicut ſacros vetuſtate lucos adoremus, in quibus grandia & antiqua robora, iam non tantã habent ſpeciem, quantam religionem.

*

Horatius de arte Poëticâ.

-Hic & in AttI
Nobilibus trimetris appáret rarus, & EnnI
In ſcenam miſſos magno cum pondere verſus
Aut operæ celeris nimium, curaque carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.

*

Pſeud-Acron Horatij interpres.

Attius & Ennius legem metri in fabulis minimè ſervaverunt. Nam quoſdam verſus longiores habent.

*

Cic. lib. 3. de Oratore.

Atque id primùm in Poetis cerni licet, quibus eſt proxima cognatio cum Oratoribus, quàm ſint inter ſeſe Ennius, Pacuvius, Attiuſque diſſimi-

miles; quàm apud Græcos Æschylus, Sophocles, Euripides; quamquam omnibus par penè laus in dissimili scribendi genere tribuatur.

*

An ego Homero, Ennio, reliquis Poetis, & maximè Tragicis concederem, vt ne omnibus locis eâdem contentione vterentur, crebroque mutarent; nonnunquam etiam ad quotidianum genus sermonis accederent; ipse nunquam ab illâ acerrimâ contentione discederem? *Idem Orat.*

*

Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus,
Vt Critici dicunt.

Horat. lib. 2. Epist. 1. seu Lucilius potius, teste Hieronymo.

*

Nil comis tragici mutat Lucillius Atti?
Non ridet versus Enni gravitate minores,
Cùm de se loquitur, non vt maiore reprensis?

Horat. lib. 1. Sat. 10. & ibi Interpretes.

*

- Ego cur, acquirere pauca
Si possum, invideor? cùm lingua Catonis & Enni
Sermonem patrium ditaverit, & nova rerum
Nomina protulerit?

Idem in arte Poeticâ.

*

Sed post animadverti hoc esse in hoc vitij, quòd ea verba, quæ maximè cuiusque rei propria, quæque essent ornatissima atque optima, occupasset aut Ennius, si ad eius versus me exercerem; aut Gracchus, si eius orationem mihi fortè proposuissem: ita si ijsdem verbis vterer, nihil prodesse; *Cic. lib. 1. de Orat.*

si alijs, etiam obesse, cùm minùs idoneis vti consuescerem.

*

Festus in Solitaurilia. Nulla geminabatur litera in scribendo: quam consuetudinem Ennius mutavisse fertur, vtpote Græcus Græco more vsus.

*

Gell. lib. 4. cap. 7. Valerius Probus Grammaticus inter suam ætatem præstanti scientiâ fuit. is *Hannibalem*, *Hasdrubalem*, & *Hamilcārem* ita pronunciabat vt penultimam circumflecteret: vt est in Epistolâ eius scriptâ ad Marcellum; in quâ Plautum & Ennium multosque alios veteres eo modo pronunciasse affirmat.

*

Cic. Orat. *Purrum* semper Ennius, nunquam *Pyrrhum*: *Fruges*, non *Phryges*, ipsius antiqui declarant libri. Nec enim Græcam literam adhibebant.

*

Ibidem. Sed Græci viderint. nobis ne, si cupiamus quidem, distrahere voces conceditur. Indicant Orationes illæ ipsæ horridulæ Catonis: indicant omnes Poëtæ; qui vt versum facerent, sæpe hiabant. Vt Nævius, &c. At Ennius semel: *Scipio invicte*.

*

Hieronymus in Chron. Eus. ad annum 4. Olymp. 153. ex Suetonij de claris Poetis. Ennius poëta septuagenario maior articulari morbo perijt: sepultusque est in Scipionis monumento viâ Appiâ, intra primum ab Vrbe miliarium. Quidam ossa eius Rudiam ex Ianiculo translata affirmant.

Q. Ma-

*

Q. Marcio [Philippo iterum] & Cn. Seruilio [Cæpione] Coss. mortem obijt Ennius. *Cic. in Bruto, & de Senectute.*

*

Statius Cæcilius Comœdiarum ſcriptor clarus habetur, natione Inſuber Gallus, & Ennij primùm contubernalis. Mortuus eſt anno poſt mortem Ennij, & iuxta Ianiculum ſepultus. *Hieron. in Chron. anno 1. Olym. 150. numero Euſ. 1840.*

*

Romæ extra portam Capenam in Scipionum monumento tres ſtatuæ ſunt, quarũ duæ P. & L. Scipionum dicuntur eſſe; tertia poëtæ Q. Ennij. *T. Liuius l. 38 ab V.C.*

*

Prior Africanus Q. Ennij ſtatuam ſepulchro ſuo imponi iuſſit, clarumque illud nomen, imò verò ſpolium ex tertiâ orbis parte raptum, in cinere ſupremo cum Poëtæ titulo legi. *C. Plinius lib. 7. cap. 30. & eius exſcriptor Solinus. cap. 6.*

*

In ſepulchro Scipionum putatur Ennius eſſe conſtitutus è marmore. *Cic. Orat. pro Archiâ poetâ.*

*

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni, Scipio magne, tibi. *Ovidius 3. de Arte amandi.*

*

Superior Africanus Ennij poëtæ effigiem in monumentis Corneliæ gentis collocari voluit; quòd ingenio eius opera ſua illuſtrata iudicaret: non quidem ignarus, quamdiu Romanum imperium floreret, & Africa Romanis pedibus eſſet ſubiecta, totiuſque terrarum orbis ſummum culmen arx Capitolina poſſideret, eorum exſtingui *Val. Maximus lib. 8. cap. 15.*

memoriam non posse; tamen, si literarum quoque lumen illis accessisset, magni æstimans.

*

M. Vitruvius de Architect. lib. 9. cap. 3. Itaque qui literarum iucunditatibus instructas habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere, sicuti Deorum, sic & Ennij Poëtæ simulachrum.

*

Corn. Nepos sive Æmil. Probus in vitâ M. Porcij Catonis. Prætor provinciam obtinuit Sardiniam, ex quâ Quæstor superiore tempore ex Africâ decedens Q. Ennium poëtam deduxerat. quod non minoris æstimamus, quàm quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.

*

Auctor de viris illust. cap. 47. M. Porcius Cato in Præturâ Sardiniam subegit, vbi ab Ennio Græcis literis institutus.

*

Gell. lib. 17. cap. 17. Ennius tria corda se habere dicebat, quòd loqui Græcè & Oscè & Latinè sciret.

Epitaphium Q. Ennij.

Ennius ipse auctor, apud Cic. de Orat.

Adspicite, ô Cives, senis Ennij imagini' formam:
Hic vestrûm panxit maxuma facta patrum.
Nemo me lacrumis decoret, neque funera fletum
Faxit, cùm volito vivu' per ora virûm.

*

Ovid lib. 1. Amor. Eleg. 15.

Ennius arte carens, animosique Attius oris,
Casurum nullo tempore nomen habent.

Q. En-

*

Q. Ennius reliquit tenuium ſuarum facultatũ hæredem Pacuvium Poëtam Tragicum, ex ſorore nepotem, vt ait Plinius, vel ex filiâ, vt B. Hieronymus ſcribit. *Hieronym. Columna in Q. Ennij Vita.*

*

Dedit Tragœdias quàm plurimas ſublimi ac grandi orationis genere: quas partim vertit è Græcis, partim proprio ingenio ſcripſit. Nec ab eo altera ſcena deſtituta fuit; nam Comœdias etiam edidit: quas vtrum converterit, an novas fecerit, mihi nondum compertum eſt. Sed in vtroque fabularum genere verſus numerorum licentiâ claudicarunt. Quo vitio non modò Ennius, ſed, vt notat Flaccus, cæteri eiuſdem ætatis Romani poëtæ laborarunt. *Ibidem.*

DE

MARCO PACVVIO

Testimonia

VETERVM SCRIPTORVM.

*

Cic. de Amicitiâ, ex personâ Lælij.

ITaque, si quando aliquod officium exstitit amici in periculis aut adeundis aut communicandis, quis est, qui id non maximis efferat laudibus? Qui clamores totâ caveâ nuper in hospitis & amici mei M. Pacuvij novâ fabulâ, cùm ignorante rege vter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, vt pro illo necaretur: Orestes autem, ita vt erat, Orestem se esse perseveraret? Stantes autem plaudebant in re fictâ; quid arbitramur in verâ fuisse facturos?

*

Idem Academ. Quæst. lib. I.

Quid enim caussæ est, cur Poëtas Latinos Græcis literis eruditi legant, Philosophos non legant? An quia delectat Ennius, Pacuvius, Attius, multi alij, qui non verba, sed vim Græcorum expresserunt Poëtarum? Quanto magis Philosophi delectabunt, si, vt illi Æschylum, Sophoclem, Euripidem; sic hi Platonem imitentur, Aristotelem, Theophrastum!

*

Idem lib 3. de Oratore.

Atque id primum in Poëtis cerni licet, quibus est proxima cognatio cum Oratoribus, quàm sint inter

inter sese Ennius, Pacuvius, Attiusque dissimiles; quàm apud Græcos Æschylus, Sophocles, Euripides: quamquam omnibus par penè laus in dissimili scribendi genere tribuatur.

*

Sed in omni re difficillimum est, formam (qui χαρακτήρ Græcè dicitur) exponere optimi, quòd aliud aliis videtur optimum. Ennio delector, ait quispiam; quòd non discedit à communi more verborum: Pacuvio, inquit alius; omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus: multa apud alterum negligentiùs. Fac alium, Attio; varia enim sunt judicia, vt in Græcis; nec facilis explicatio, quæ forma maximè excellat. *Idem in Oratore.*

*

His igitur est difficiliùs satisfacere, qui se Latina scripta dicunt contemnere. In quibus hoc primum est, quod admirer: cur in gravissimis rebus non delectet eos patrius sermo, cùm ijdem fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas non inviti legant. Quis enim tam inimicus penè nomini Romano est, qui Ennij Medeam, aut Antiopam Pacuvij spernat, aut reijciat? qui se ijsdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas literas oderit? *Idem lib. 1. de Finibus.*

*

Nec Andromacham, aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiant, sed tamen Ennium, & Pacuvium, & Attium potiùs, quàm Euripidem & Sophoclem legant. *Idem. de opt. gen. Oratorum.*

*

Persius Sat. 1.

Sunt quos Pacuviusque, & verrucosa moretur
Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.

*

Lucilius Sat. lib. 29.

Vtrum tristis contorto aliquo ex Pacuviano exordio.

*

Martialis lib. 11. epigr. 91.

Attonitusque legis terrai frugiferai:
Attius & quidquid Pacuviusque vomunt.

*

Auctor Dialogi de Oratorib. sive de corruptâ Eloquentiâ.

Exigitur enim iam ab Oratore etiam Poëticus decor, non Attij aut Pacuvij veterno inquinatus, sed ex Horatij & Virgilij & Lucani sacrario prolatus.

*

Cic. de opt. gen. Orat.

Itaque licet dicere, & Ennium summum Epicum poëtam, si cui ita videtur, & Pacuvium Tragicum, & Cæcilium fortasse Comicum.

*

Idem lib. 1. de Oratore.

Nec quisquam est eorum, qui, si iam sit ediscendum sibi aliquid, non Teucrum Pacuvij malit, quàm Manlianas [*lego*, Mamilianas] venalium vendendorum leges ediscere.

*

Idem in Bruto.

Mitto C. Lælium, P. Scipionem: ætatis illius ista fuit laus, tanquam innocentiæ, sic Latinè loquendi; non omniū tamen, nam illorum æquales Cæcilium & Pacuvium malè loquutos videmus.

Pacu-

*

Pacuvius Poëta prudens. *Idem Tuſc. quæſt. lib. 2.*

*

Ambigitur quoties vter vtro ſit prior: aufert
Pacuvius docti famam ſenis, Attius alti. *Horat. lib. 2. Epiſt.*

*

Ità vt ſi de Tragœdijs Ennij velis ſententias eligere, aut de Pacuvianis periodos: ſed quia planè rudis id facere nemo poterit, cùm feceris, te literatiſſimum putes, ineptus ſis; propterea quòd id facilè faciat quivis mediocriter literatus. *Auctor ad Herennium lib. 4. Rhetoricorum.*

*

Tragœdiæ ſcriptores veterum Attius, atque Pacuvius, clariſſimi gravitate ſententiarum, verborumque pondere, & auctoritate perſonarum. Cæterùm nitor, & ſumma in excolendis operibus manus, magis videri poteſt temporibus, quàm ipſis defuiſſe. Virium tamen Attio plus tribuitur: Pacuvium videri doctiorem, qui eſſe docti adfectant, volunt. *Quinctilianus lib. 10. cap. 1.*

*

Clara etiam per idem ævi ſpatium fuêre ingenia; in Togatis Afranij, in Tragœdiis Pacuvij atque Attij, vſque in Græcorum ingeniorum comparationem evecti, magnamque inter hos ipſos facientis operi ſuo locum: adeò quidem vt in illis limæ, in hoc penè plus videatur fuiſſe ſanguinis. *Velleius Paterculus lib. 2. Hiſtor.*

Id

*

Cic. in Bruto.

Id quidem omnibus vsu venire necesse fuit, quibus paulò longior vita contigit, vt & cum multo maioribus natu, quàm essent ipsi, & cum aliquanto minoribus compararentur : vt Attius ijsdem Ædilibus ait se & Pacuvium docuisse fabulam, cùm ille octoginta, ipse triginta annos natus esset.

*

Hieronymus in Chron. Euseb. ex Suetonio de claris Poetis.

Numero Eusebiano MDCCCLXIII. Olympiadis CLVI. anno II. Pacuvius Brundusinus Tragœdiarum scriptor clarus habetur† [Ennij poëtæ ex filiâ nepos,] vixitque Romæ quoad picturam exercuit, ac fabulas vendidit. Deinde Tarentum transgressus, propè nonagenarius obijt.

† Vncinulis inclusa non agnoscit Scaligeri editio.

*

Plinius lib. 35. cap. 4.

Proximè celebrata est in foro Boario æde Herculis Pacuvij Poëta pictura. Ennij sorore genitus hic fuit, clarioremque eam artem Romæ fecit gloriâ scenæ.

*

A. Gellius lib. 13. c. 2.

Quibus otium & studium fuit vitas atque ætates doctorum hominum quærere, ac memoriæ tradere, de M. Pacuvio & L. Attio Tragicis Poetis historiam scripserunt huiuscemodi. Quum Pacuvius, inquiunt, grandi iam ætate, & diutuino corporis morbo adfectus, Tarentum

tum ex vrbe Româ conceſſiſſet, Attius tunc haud parvo iunior, proficiſcens in Aſiam, quum in oppidum veniſſet, divertit ad Pacuvium: comiterque invitatus, pluſculiſque ab eo diebus retentus, Tragœdiam ſuam, cui Atreus nomen eſt, deſideranti legit. Tum Pacuviū dixiſſe aiunt, ſonora quidem eſſe quæ ſcripſiſſet & grandia: ſed videri ea tamen ſibi duriora paulùm & acerbiora. Ita eſt, inquit Attius, vti dicis: neque id ſanè me pœnitet: meliora enim fore ſpero, quæ deinceps ſcribam. Nam quod in pomis eſt; itidem, inquit, eſſe aiunt in ingenijs: quæ dura & acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia & iucunda. Sed quæ gignuntur ſtatim vieta, & mollia, atque in principio ſunt uvida, non matura mox fiunt, ſed putria. Reliquendum igitur viſum eſt in ingenio, quod dies atque ætas mitificet.

*

Neque magno intervallo postea Q. Ennius, & iuxta Cæcilius & Terentius, ac ſubinde & Pacuvius, & Pacuvio iam ſene Attius, clariorque tunc in poëmatis eorum obtrectandis Lucilius fuit. *Idem lib. 17. cap. 21.*

*

Et in carmine & in ſolutâ oratione, genera dicendi probabilia ſunt tria, quæ Græcis χαρακτῆρας vocant, nominaque ijs fecerunt ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Nos, quem primum proſuimus, Vberē vocamus; ſecundum, Gracilem; tertium, Mediocrē. *Idem lib. 7. cap. 14.*

Vberi

Vberi dignitas atque amplitudo eſt: Gracili venuſtas & ſubtilitas: Medius in confinio eſt vtriuſque modi particeps.

Et ſtatim deinde:

Vera autem & propria huiuſmodi formarum exempla in Latinâ linguâ M. Varro eſſe dicit: Vbertatis Pacuvium: Gracilitatis Lucilium: Mediocritatis Terentium.

*

Idem lib. 1. cap. 24.

Epigramma Pacuvij verecundiſſimum, & puriſſimum, dignumque eius elegantiſſimâ gravitate:

Pacuvij Epigramma de ſeipſo, quod ſepulchro incidendum reliquit.

Adoleſcens, tametſi properas, hoc te ſaxum rogat
Vti ſe adſpicias: deinde, quod ſcriptum eſt, legas;
Heic ſunt Poëtæ Pacuvij Marci ſita
Oſſa: hoc volebam, neſcius ne eſſes; vale.

DE
L. ATTIO
Teſtimonia
VETERVM SCRIPTORVM.

*

QVid enim cauſſæ eſt, cur Poëtas Latinos Græcis literis eruditi legant, Philoſophos non legant? An quia delectat Ennius, Pacuvius, Attius, multi alij, qui non verba, ſed vim Græcorum expreſſerunt poëtarum? &c. *Cicero Acad. quæſt. lib. 1.*

*

Atque id primùm in Poëtis cerni licet, quibus eſt proxima cognatio cum Oratoribus, quàm ſint inter ſeſe Ennius, Pacuvius, Attiuſque diſſimiles; quàm apud Græcos Æſchylus, Sophocles, Euripides: quamquam omnibus par penè laus in diſſimili ſcribendi genere tribuatur. *Idem lib. 3. de Oratore.*

*

Sed in omni re difficillimum eſt, formam (qui χαρακτὴρ Græcè dicitur) exponere optimi: quòd alijs aliud videtur optimum. Ennio delector, ait quiſpiam; quòd non diſcedit à communi more verborum: Pacuvio, inquit, alius; omnes apud hunc ornati elaboratique ſunt verſus; multa apud alterum negligentiùs. Fac alium, Attio: varia enim ſunt iudicia, vt in Græcis; nec facilis explicatio, quæ forma maximè excellat. *Idem in Oratore.*

Nec

*

Idem de opt. gen. Oratorum. Nec Andromacham igitur, aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiunt, ſed tamen Ennium & Pacuvium, & Attium potius, quàm Euripidem & Sophoclem legant.

*

Idem in Bruto. Attius iiſdem Ædilibus ait ſe & Pacuvium docuiſſe fabulam, cùm ille LXXX, ipſe XXX annorum natus eſſet.

*

Ibidem. Amatus etiamnum in tantum Attius à Decio Bruto fuiſſe dicitur, vt Attianis verſibus templorum & monumentorum frontes & aditus exornare conſueverit.

*

Idem Orat. pro Archiâ poëtâ. Decius quidem Brutus, ſummus ille vir & imperator, Attij amiciſſimi ſui carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit ſuorum.

*

Val. Maximus lib. 8. cap. 15. Similiter [vt Africani erga Ennium poëtam] honoratus animus ergà poëtam Accium Decij Bruti, ſuis temporibus clari ducis, exſtitit: cuius familiari cultu, & promptâ laudatione delectatus: eius verſibus templorum aditus, quæ ex manubijs conſecraverat, adornavit.

*

Auctor ad Herennium lib. 3. Cajus Cælius iudex abſolvit iniuriarum eum, qui Lucilium Poëtam in ſcenâ nominatim læſerat: P. Mucius eum, qui L. Accium Poëtam nominaverat, condemnavit.

Pro-

*

Producatur in medium Accius Poëta. is Iulio Cæsari, amplissimo & florentissimo viro, in collegiū Poëtarum venienti nunquam assurrexit: non maiestatis eius immemor, sed quòd in comparatione communiū studiorum aliquanto superiorem se esse confideret: quapropter insolentiæ crimine caruit; quia ibi voluminum, non imaginum, certamina exercebantur. *Val. Maximus lib. 3. cap. 7.*

*

Notatum est ab auctoribus, & L. Accium Poëtam in Camænarum æde, maximâ formâ statuam sibi posuisse, cùm brevis admodum fuisset. *Plinius lib. 34. cap. 5.*

*

Quid antè Isocratem, quid post eius auditores, eorumque discipulos, clarum in Oratoribus fuit? adeo quidem arctatū angustijs temporum, vt nemo memoriâ dignus alter ab altero videri nequiverint. Neque hoc in Græcis, quàm in Romanis, evênit magis. Nam, nisi aspera ac rudia repetas, & inventi laudanda nomine, in Attio, circaque eum, Romana Tragœdia est. *Velleius Paterculus lib. 1. Histor.*

*

Clara etiam per idem ævi spatium fuêre ingenia, in Togatis Afranij, in Tragœdijs Pacuvij atque Attij, vsque in Græcorum comparationem evecti, magnumq; inter hos ipsos facientis operi suo locum; adeò quidem, vt in illis limæ, in hoc penè plus videatur fuisse sanguinis. *Idem lib. 2.*

*

M. Vitruvius de Architect. lib. 9. cap. 3

Itaque qui literarum iucunditatibus instructas habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere, sicuti Deorum, sic & Ennij Poëtæ simulachrum. Attij autem carminibus qui studiosè delectantur, non modò virtutes, sed etiam figuram eius videntur secum habere præsentem.

*

Horatius de arte Poëtica.

Syllaba longa brevi subiecta, vocatur Iämbus,
Pes citus, vnde etiam trimetris accrescere iussit
Nomen iämbeis, cùm senos redderet ictus,
Primus ad extremum similis sibi. non ita pridem,
Tardior vt paulò graviorque veniret ad aures,
Spondeos stabiles in iura paterna recepit.
Commodus & patiens, non vt de sede secundâ
Cederet, aut quartâ socialiter. hic & in Accî
Nobilibus trimetris apparet rarus, & Ennî.

*

Idem lib. 1. Sat. 10.

Nil comis Tragici mutat Lucillius Accî?

*

Idem lib. 2. Epist. 1.

Ambigitur quoties vtro sit prior: aufert
Pacuvius docti famam senis, Accius alti.

*

Ovidius lib. 1. Amor. Eleg. 15.

Ennius arte carens, animosique Accius oris,
Casurum nullo tempore nomen habent.

*

Idem lib. 3. Eleg. 9. de Ponto.

Auctor opus laudat, sic forsitan Accius olim
Thersitem facie dixerit esse bonâ.

Nec

*

Nec liber indicium est animi, sed honesta voluntas *Idem lib. 2. Trist.*
Plurima mulcendis auribus apta refert;
Accius esset atrox, conviva Terentius esset,
Essent pugnaces qui fera bella canunt.

*

Non id ago nunc hac diligentiâ, vt ostendam quantum tempus apud Grammaticum perdiderim: sed vt ex hoc intelligas, quantum apud Ennium & Attium verborum situs occupaverit: cùm apud hunc quoque, qui quotidie excutitur, aliqua nobis subducta sint. *Seneca Epist. 58.*

*

Attonitusque legis terraï frugiferaï: *Martialis lib. 11, Epig. 91.*
Attius & quidquid Pacuviusque vomunt.

*

Exigitur enim iam ab Oratore etiam Poëticus decor, non Attij aut Pacuvij veterno inquinatus, sed ex Horatij & Virgilij & Lucani sacrario prolatus. *Auctor Dialogi de corruptâ Eloquentiâ.*

*

Asinius [Pollio] quoque, quanquam propioribus temporibus natus sit, videtur mihi inter Menenios & Appios studuisse: Pacuvium certè & Attium non solùm Tragœdijs, sed etiam Orationibus suis expressit. *Ibidem.*

*

Denique credamus summis Oratoribus, qui veterum Poemata vel ad fidem causarum, vel *Quintilianus lib. 1. cap. 8.*

 ad

ad ornamentum eloquentiæ aſſumunt. Nam præcipuè quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Aſinium etiam, & cæteros qui ſunt proximi; vidimus Ennij, Accij, Pacuvij, Lucilij, Terentij, Cæcilij, & aliorum inſeri verſus, ſummâ non eruditionis modò gratiâ, ſed etiam jucunditatis, *&c.*

*

Idem lib. 10. cap. 1. Tragœdiæ ſcriptores veterum Accius atque Pacuvius clariſſimi gravitate ſententiarũ, verborumque pondere, & auctoritate perſonarum. Cæterùm nitor, & ſumma in excolendis operibus manus, magis videri poteſt temporibus, quàm ipſis defuiſſe. Virium tamen Accio plus tribuitur: Pacuvium videri doctiorem, qui eſſe docti adfectant, volunt.

*

Idem lib. 5. cap. 13. Aiunt Accium interrogatum, cur cauſſas non ageret, cùm apud eum in Tragœdijs tanta vis eſſet; optimè hanc reddidiſſe rationem, quòd illic ea dicerentur, quæ ipſe vellet; in foro eſſent dicturi adverſarij, quæ minimè vellet.

*

Auctor ad Herennium lib. 1. Rhetor. Mimus quidam nominatim Accium Poëtam compellavit in ſcenâ; cum eo Accius iniuriarum agit. Hic nihil aliud defendit, niſi licere nominari eum, cuius nomine ſcripta dentur agenda.

*

A. Gellius lib. 13. c. 2. Quibus otium & ſtudium fuit vitas atque ætates

tes doctorum hominum quærere, ac memoriæ tradere, de M. Pacuvio, & L. Attio Tragicis Poëtis historiam scripserunt huiuscemodi: Quum Pacuvius, inquiunt, grandi iam ætate, & diutino corporis morbo adfectus, Tarentum ex vrbe Româ concessisset, Accius tunc haud parvo iunior, proficiscens in Asiam, quum in oppidum venisset, divertit ad Pacuvium, comiterque invitatus, plusculisque ab eo diebus retentus, tragœdiam suam, cui Atreus nomen est, desideranti legit. Tum Pacuvium dixisse aiunt, sonora quidem esse quæ scripsisset & grandia: sed videri ea tamen sibi duriora paulum & acerbiora. Ita est, inquit, Accius vti dicis: neque id sanè me pœnitet: Meliora enim fore spero quæ deinceps scribam. Nam quod in pomis est, itidem, inquit, esse aiunt in ingenijs; quæ dura & acerba nascuntur, post fiunt mitia & iucunda: sed quæ gignuntur statim vieta & mollia, atque in principio sunt uvida, non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum igitur visum est in ingenio, quod dies atque ætas mitificet.

*

Neque magno intervallo postea Ennius, & iuxta Cæcilius, & Terentius, ac subinde Pacuvius, & Pacuvio iam sene Accius, clariorque tunc in Poëmatis eorum obtrectandis † Lucilius. *Idem lib. 17. cap. 21.*

† *Lucilij, principis Satyrographi, nomen celebre fuisse, excellentibus in Tragœdiâ Pacuvio atque Attio, notat etiam Velleius Paterculus lib.* II.

*

Hieronymus. in Chron. Euseb. ex Suetonio de claris Poëtis.

Numero Eusebiano MDCCCLXXVIII, Olympiade CLX, Lucius Accius Tragœdiarum scriptor clarus habetur, natus †Serrano & Mancino Coss. parentibus libertinis: & seni iam Pacuvio (*vide Gell. lib.* XIII. *cap.* II.) Tarenti sua scripta recitavit; à quo & Fundus Actianus iuxta ‡Pisaurum dicitur, quia illuc inter colonos fuerat ex Vrbe deductus.

† *Id est, numero Eusebiano* MDCCCXLV. *Ergo hoc anno erat annorum* XXXIII.

‡ *Pisaurum colonia deducta quadriennio post Bononiam, auctore Velleio Paterculo, hoc est anno Vrbis* DLXVIII. *Accius autem natus est anno Vrbis* DLXXXIII, *annis* XV *post coloniam Pisaurum deductam. Quomodo igitur potuit inter colonos Pisaurenses esse, qui* XV *annis post coloniam deductam natus sit?* Hæc Scaliger.

*

Plinius nepos lib. 5. Epist. 3.

Scio non corrumpi in deterius, quæ aliquando etiam à malis; sed honesta manere, quæ sæpius à bonis fiunt. Inter quos vel præcipuè numerandus est P. Virgilius, Cornelius Nepos, & priùs Ennius Attiusque: non quidem hi Senatores. sed sanctitas morum non distat ordinibus.

*

Ælius Donatus de Tragœdiâ & Comœdiâ.

Hæc quàm artificiosissima Terentius fecerit, tum illud est admirandum, quòd & morem retinuit vt Comœdiam scriberet: & temperavit affectum, ne in Tragœdiam transiliret: quod cum alijs rebus minimè obtentum esse à Plauto, & ab Afranio, & Accio, & multis ferè magnis Comicis invenimus.

*

Pseudo-Acron.

Attius & Ennius legem metri in fabulis mini-

nimè servaverunt: nam quosdam versus longiores habent. *Horatij interpres.*

*

Actius Poëta iunior (*scilicet Pacuvio*) suo ingenio præcelluit Euripidem, qui fuit altus & ingenio sublimis. *Idem ad illud Hor.* Actius alti.

*

Euge Poëta,
Est nunc Brisæi quem venosus liber † Acci,
Sunt quos Pacuviusque, & verrucosa moretur
Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta. *Persius Sat. 1.*

† *Alius omnino à Tragico nostro videtur.*

TRAGICORVM RELIQVORVM
Nomenclator.
C. TITIVS.

*

Eiusdem ferè temporis fuit eques Romanus C. TITIVS, qui, meo iudicio, eò pervenisse videtur, quò potuit ferè Latinus Orator sine Græcis literis & sine multo vsu pervenire. Huius Orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum vrbanitatis habent, vt penè Attico stilo scriptæ esse videantur. Easdem argutias in Tragœdias satis quidem illè acutè, sed parum tragicè transtulit. Quem studebat imitari *L. Afranius* poëta, homo perargutus, in † fabulis quidem etiam, vt scitis, disertus. *Cicero in Bruto.*

† *Togatis, puta, & Atellanis. Nam Tragœdias eum edidisse, meo iudicio, non rectè ex hoc loco Tullij colligit Delrio: qui Comicum illum celebrem tragœdias etiam composuisse vult, & inter Tragicos recenset.*

M. ATTILIVS.

*

Cic. 1. de Fin. initio. A quibus tantum diſſentio, vt, cùm Sophocles vel optimè ſcripſerit Electram, tamen malè converſam ATTILII mihi legendam putem. de quo Licinius, ferreum ſcriptorem, verum exſcriptorem opinor. &c.

*

Suetonius in C. Iul. Cæſare cap. 84. Inter ludos cantata ſunt quædam ad miſerationem & invidiam cædis eius, accommodata ex Pacuvij Armorum iudicio:

Men' ſervaſſe, vt eſſent qui me perderent?

Et ex Electrâ † ATTILII ad ſimilem ſententiam.

† Attij, *Caſauboniana editio. Atque in Animadverſionibus, corruptam omnium librorum lectionem ſic à ſe emendatum teſtatur. De quo Poëta plura ipſe ad Perſium. Electræ tamen malè converſæ ab Attilio ex Sophocle, meminit diſertè Cicero. Cui alibi Attilius iſte duriſſimus ſcriptor, Epiſt.* XX. *lib.* XIV. *ad Atticum. Volcatius Sedigitus in Iudicio de Poetis Comicum agnoſcit, & Fragmenta paucula Varroni, Tullio, ac Macrobio citata, ſoccum reſipiunt, non cothurnum.*

CAIVS IVLIVS.

*

Aſconius Pedianus in Oration. Cic pro M. Scauro. *Quid verò alterum Craſſum temporibus eiſdem, num aut clariſſimi viri Iulij, aut ſummo ingenio præditus M. Antonius potuit imitari?*] Iulios cùm dicit, duos Cæſares fratres Caium & Lucium ſignificat. ex quibus Lucius & Prætor & Conſul fuit. Caius, Ædilitius quidem occiſus eſt; ſed tantum in civitate potuit, vt cauſſa belli

civilis contentio eius cum Sulpitio Tribuno fuerit, *&c.* Idem inter primos temporis sui Oratores, & Tragicus poëta bonus admodum habitus est. huius sunt Tragœdiæ, quæ inscribuntur IVLII. Hi autem Iulij, & Antonius, ab satellitibus Marij sunt occisi, cùm Crassus eundum casum suâ manu prævenisset.

Delrio ex his verbis Tragicum facit Sulpitium Trib. pl. qui Tragœdias suas Iulij *nomine inscripserit. Falsò. Apud Macrobium fortè Saturnal lib.* VI. *cap.* IV. *legendum* Iulius in Theutrante, *pro* Ilius. *quod nomen Latio & auribus eruditis insolens. Apud Festum quoque,* Prophetas in Adrasto Iulius nominat antistites fanorum. *Hic fortassean intelligendus, non Strabo Iulius. de quo infra.*

PVPPIVS.

*

Vt propiùs spectes lachrymosa poëmata Puppi.] Puppius Tragœdiographus ita movit affectus spectantium, vt eos flere compelleret. inde distichon fecit: *Horatius Epist. 1 lib. 1. & ibi Scholiastes antiquus.*

Flebunt amici & benè noti mortem meam,
Nam populus iã me vivo lachrymavit satis.

Q. LVTATIVS CATVLVS.

*

Dubium est, an Tragœdiam dederit. Alcmeon apud Ciceronem, quæ eius creditur, Ennij est. Vide nostram Fragmentorum collectionem.

C. IVLIVS L. F. CÆSAR STRABO, SESQVICVLVS, VOPISCUS.

*

Q. Catuli frater vterinus. Huius Iulij (ita creditur doctis) Adra-

 stum

ſtũ citat Feſtus,in v. Prophetæ: *Marius Victorinus Tecmeſſam: eiuſque lenitatem Tragœdiarũ Cicero in Bruto prædicat.*

C. IVLIVS CÆSAR.

*

Eius Tragœdia Oedipus, inter ſcripta à puero & ab adoleſcentulo refertur à Suetonio in Iul. Cæſ. cap. LVI. *Delrio dicit Dictatorem eius laudari ab eodem: ſed aliquod vulnus ibi ſubeſſe exiſtimat.*

Q. CICERO.

*

Hic, Tullio teſte & referente Delrione, Tragœdiam ſcripſit.

C. OCTAVIVS AVGVSTVS.

*

Suidas in A *cum* Y

Ἄυγουστος Καῖσαρ Ὀκταυϊανὸς ὁ καὶ σεβαστὸς ἐπικληθεὶς, [ἔγραψε] περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῶν πράξεων βιβλία ιγʹ. καὶ τραγῳδίαν Αἴαντός τε καὶ Ἀχιλλέως *&c. Id eſt:* Auguſtus Cæſar Octavianus, [ſcripſit] de vitâ ſuâ & rebus geſtis libros XIII. & Tragœdiam Aiacis, atque Achillis.

*

Suetonius in Augusto cap. 85.

Tragœdiam magno impetu exorſus, non ſuccedente ſtilo, abolevit: quærentibuſque amicis, Quidnam Aiax ageret? Reſpondit, Aiacem ſuum in ſpongiam incubuiſſe.

L. VARIVS.

*

Scholia Horatiana in od. 6. lib. 1. Scriberis Vario *&c.*

L. Varius Tragœdiographus nobilis, ac Eclogarum (*Porphyrio*, Elegorum) ſcriptor, Horatij Virgilijque contubernalis.

Et ibidē, ad illa, NEC SÆVAM PELOPIS DOMVM.

Notæ ſunt fabulæ de Tantali genere, ex quo Pelops natus eſt: deinde Atreus, & Thyeſtes, po-

ſtea Oreſtes; quorum ſcelera in Tragœdiâ deſcripta ſunt à Vario ſtilo ſublimi. Hinc Virgilius [Eclogâ IX.]

Nam neque adhuc Vario videor nec dicere Cinnâ
Digna.

*

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.] Aſinium Pollionem intelligit Tragœdiarũ ſcriptorem; aut Varium, cuius exſtat Thyeſtes Tragœdia, omnibus Tragicis præferenda.

Iunius Philarg. in Virgil. Eclog. 8.

*

Varij Thyeſtes cuilibet Græcorum comparari poteſt.

Quintil. lib. 10. cap. 1.

*

Nec vllus Aſinij aut Meſſalæ liber tam illuſtris eſt, quàm Medea Ovidij, aut Varij Thyeſtes.

Auctor de corruptâ Eloquentiâ

*

Cùm Varius Gracchuſque darent fera dicta tyranni.

Ovidius Eleg. ult. lib. 4. de Pont.

*

† Quamvis multa ψευδεπιγραφῶς ſub alieno nomine ſint prolata, vt Thyeſtes Tragœdia huius poëtæ, quam Varius edidit ſuo nomine. &c.

† *Donatus in Vitâ Virgilij, ex Suetonio de claris Poetis*

*

‡ *Scribere, quod Caßi Parmenſis opuſcula vincat.*] Multi crediderunt Thyeſtem (à Vario editam) Caſſij Parmenſis fuiſſe. ſcripſerat enim multas alias Tragœdias.

‡ *Scholia Horat ana lib 1. Epiſt. 4. ad Alb. Tibullum.*

Vide infra. Ex Thyeſte Varij Quintilianus lib. III. *cap.* VIII. *fragmentum adducit.*

GRA-

GRACCHVS.

*

Ovid. de Ponto lib. 4. Eleg. vlt.

Cùm Varius Gracchusque darent fera dicta tyranni,

*

CAIVS. IVNIVS *ve, an* SEMPRONIVS *prænomen huic Poetæ fuerit, in medium relinquo. Gracchus tantummodò duobus locis, Thyeste putà & Atalantâ, à Prisciano citatur. Apud Calpurniũ de Continentiâ Poëtarum lib.* II. *Sempronii Graii (f. Gracchi) versus hexameter profertur.*

C. ASINIVS POLLIO.

*

Horatius Od. 1. lib. 2 & ibi Commentator antiquus.

Paulùm severæ Musa tragœdiæ Desit theatris: mox, vbi publicas Res ordinaris, grande munus Cecropio repetes cothurno.] Scribit ad Asinium Pollionem virum Consularem, Poëticæ & Rhetoricæ peritum, scribendarum etiam Tragœdiarum studiosum. &c.

*

Idem lib. 1. Eclog. 10.

- Pollio regum Facta canit pede ter percusso.] Pollio est optimus Tragœdiographus: nam Tragoedia trimetris versibus ferè texitur, id est pede ter dimenso.

*

Servius in Virgil. Eclog. 3.

Blanditur Pollioni patrono: quem Tragœdiarum & Historiarum scriptorem Horatius in secundo Carminum (od. 1.) fuisse testatur.

*

Idem in Eclog. 8.

Alij ideo hoc de Pollione dictũ volunt, quòd & ipse vtriusque linguæ Tragœdiarũ scriptor fuit.

*

Auctor de corruptâ Eloquentiâ.

Asinius Pacuvium certè & Attium non solum Tragœdijs, sed etiam Orationibus expressit.

Sola

*

Sola Sophocléo tua carmina digna cothurno.]Asiniũ Pollionem intelligit Tragœdiarũ ſcriptorem. *Iunius Philargyr. in Eclog. 8.*

C. CILNIVS MECÆNAS.

*

Volo tibi hoc loco referre dictum Mecænatis, vera in ipſo eculeò docuit[*al.* elocuti.] *Ipſa enim altitudo attonat ſumma.* Si quæris, in quo libro dixerit, in eo qui Prometheus inſcribitur. Hoc voluit dicere, attonita habet ſumma. *L. An. Seneca Epiſt. 19.*

*

Pecto, cuius præteritum plerique *pexui*, Aſper tamen *pectivi*, Cariſius *pexi* protulerunt. Mæcenas in Octaviâ: *Priſc. lib. 10.*

Pexiſti capillum naturæ muneribus gratum.

Dubitari poteſt, an Octavia *nomen Tragœdiæ ſit: ſanè verſus hic tragicus non eſt. Sed de Prometheo eius, Tragœdiam arbitror fuiſſe. Quæ maioris indaginis ſunt & curæ, quàm vt hic excuti poſſint.*

P. VIRGILIVS MARO.

*

Non ego te vidi Damonis peſſime caprum

Excipere inſidijs, &c.] Manifeſtè eum furti arguit. *&c.* Sanè, vt Servius dicit ſuper hoc loco, ſuperfluam volunt eſſe allegoriam, dicentes rem nuſquam lectam de Virgilio. aiunt enim hoc: Varus (Varius) Tragœdiarũ ſcriptor habuit vxorem literatiſſimam, cum quâ Virgilius adulterium ſolebat admittere: cui etiam dedit ſcriptam tragœdiam: quam illa marito dedit, tanquam à ſe ſcriptam. Hanc recitavit pro ſuâ Varus. quam rem Virgilius dicit per allegoriam. Nam tragœdiæ præmium caper fuit. Horatius: *Commentator vetus in Virgilium, Eclog. 3.*

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

Sed meliùs simpliciter accipimus.

*

Donatus in Vita Virgilij, ex Suetonio, de claris Poëtis.

Vulgatum est, consuesse eum cum Plotiâ Aleriâ. Sed Asconius Pedianus affirmat ipsam postea maiorem natu narrare solitam, invitatam quidem à Vario (*imò* Virgilio) ad communionem sui, verùm pertinacissimè recusasse. *&c.*

*

Ibidem.

Quamvis multa ψευδεπιγράφως sub alieno nomine sint prolata, vt Thyestes Tragœdia huius poëtæ, quam Varius edidit suo nomine, alia huiusmodi; tamen Bucolica liquidò Virgilij esse minimè dubitandum est.

P. OVIDIVS NASO.

*

Ipse 2. Trist.

Et dedimus Tragicis scriptum regale cothurnis. &c.

*

Quintilianus lib. 10. cap. 1.

Ovidij Medea videtur mihi ostendere quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperare quàm indulgere maluisset.

*

Auctor de corruptâ Eloquentiâ

Nec vllus Asinij aut Messalæ liber tam illustris est, quàm Medea Ovidij, aut Varij Thyestes.

*

L. Greg. Gyraldus Hist. Poe-

Quæ verò perierint temporum iniuriâ, hæc sunt: sex Fastorum vltimi, Medeæ tragœdia, quæ Fabio, & Tacito [*Auctorem de corrupta Eloquentiâ designat*] alijsque commendata plurimùm. hæc

hoc

hoc tempore inventa dicitur: ſed falſò, vt puto. Scripſit & alteram Tragœdiam † ex Virgilio, de quâ ſic Tertullianus Septimius quodam ſuo libello: *Denique*, inquit, *Ovidius etiam Medeam tragœdiam ex Virgilio pleniſſimè expreſſit*: quo loco agit de his, qui ex alijs auctoribus centones & nova opera concinnarent.

tar. Dialog 4. in Ovid.

† *Errant cum Gyraldo & alij, qui Centonis illius Virgiliani Ovidium faciunt auctorem. Alius eſt & diverſus longè ab ingenioſiſſimo poetarum. Vide ſpecimen illius Medeæ, ex Virgilianis verſibus contextæ, ſub calcem Collectionis noſtræ: & Teſtimonia ibidem adiuncta. Errant ſimiliter, qui præter illos verſus, quos nos ex Medeâ recitavimus, Tragœdiæ adſcribunt duos alios; qui Elegiaci ſunt: meminitque eorum Seneca Rhetor Controverſiâ* x. *Quem vide.*

TVRRANIVS.

*

Muſaque Turrani tragicis innixa cothurnis.

Ovidius 4. de Pont. Eleg. vlt.

CASSIVS SEVERVS PARMENSIS.

*

Scribere quod Caßi Parmenſis opuſcula vincat.] Hic aliquot generibus ſtilum exercuit, inter quæ opera Elegi & Epigrammata laudantur. Hic eſt qui in partibus Caſſij & Bruti Tribunus militum fuit; quibus victis, Athenas ſe contulit. Quintus autem Varius ab Auguſto miſſus vt eum interficeret, ſtudentem reperit, & peremto eo, ſcrinium cum libris tulit; vnde multi crediderunt Thyeſtem Caſſij Parmenſis fuiſſe. ſcripſerat enim multas alias Tragoedias.

Scholia Horatiana lib 1. Epiſt. 4.

Eadem Sat. 10. lib. 1.

—Amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem cœnatus: Hetrusci
Quale fuit CaßI rapido ferventius amni
Ingenium; capsis quem fama est esse librisque
Ambustum proprijs.] *Etrusci*, Parmensis. quia de Parmâ fuit, quæ est Etruriæ civitas. cuius Tragœdia Thyestes extat.

*

Secutum hunc Cassium parteis Casŝij & Bruti contra Antonium & Cæsarem, videre est apud Appianum bellor. Civil. lib. v. *Sed de genere mortis ipsius, dissentit ab Horatio Valerius Maximus lib.* I. *cap.* VII. *Orosius præterea lib.* VI. *cap.* XIX. Et Cassius Parmensis, *inquit*, vltima violatæ partis Cæsaris victima. *&c. Quidam hunc cum* Cassio Severo *Oratore confuderunt. quod displicet Gyraldo. Alius item ab hoc videtur* Cassius Severus, *cuius meminit Naso in Ponticis; qui eo tempore quo iam Parmensis ille Augusti iussu à Vario fuerat interfectus, vixit.*

CASSIVS SEVERVS.

*

Ovid 4. de Pont. Eleg. vlt.

Quique dedit Latio carmen regale Severus.

*

Ibidem Eleg. 2.

Quod legis, ô vates magnorum maxime † *vatum,*
Venit ab intonsis vsque, Severe, Getis. &c.

† Al. *regum*, rectè. Tragicum innuit per *vatem magnorum regum.*

ARISTIVS FVSCVS.

*

Hic Pseud-Acroni Tragicus, Porphyrioni Comicus; Commentatori Cruquiano Grammaticus doctissimus, amicus & familiaris

liaris Horatij, ad Sat. IX. *lib.* I. *Quare ex hoc albo videbitur expungendus.*

MAMERCVS [ÆMILIVS] SCAVRVS.

*

Mamercus dein Scaurus rursum postulatur, insignis nobilitate & orandis caussis, vitâ probrosus: nihil hunc amicitia Seiani, sed labefecit haud minùs validum ad exitia Macronis odium, qui easdem artes occultiùs exercebat. detulerat que argumentum Tragœdiæ à Scauro scriptæ, additis versibus qui in Tiberium flecterentur. &c. *Tacitus Annal. 6.*

*

Μάρκος δὴ Αἰμύλιος Σκαῦρος, μήτ' ἄρξας τινῶν, μήτε δωροδοκήσας, ἑάλω τε διὰ τραγῳδίαν, καὶ παθήματι δεινοτέρῳ οὗ συνέγραψε περιέπεσεν. Ἀτρεὺς μὲν τὸ ποίημα ἦν· παρῄνει δὲ τῶν ἀρχομένων τινὶ ὑπ' αὐτοῦ, κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἵνα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀβουλίαν φέρῃ. μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Τιβέριος, ἐφ' ἑαυτῷ τότε τὸ ἔπος εἰρῆσθαι ἔφη, Ἀτρεὺς διὰ τὴν μιαιφονίαν εἶναι προσποιησάμενος καὶ ὑπειπὼν ὅτι, καὶ ἐγὼ οὖν Αἴαντα αὐτὸν ποιήσω, ἐς ἀνάγκην οἱ προσήγαγεν αὐτοεντὶ ἀπολέσθαι. &c. *Dio Hist. Rom. lib. 58.*

Id est:

At Marcus (*imò cum Tacito,* Mamercus) Æmilius Scaurus neque provinciæ malè administratæ, neque donorum acceptorum reus, ob Tragœdiam à se scriptam postulatus, graviora ijs, quæ composuerat mala, perpessus est. Atreus poëmati titulus erat. hic subditorum suorum aliquem subhortabatur verbis Euripideis, vt inprudentiam et stultitiam imperantis ferret. Quo cognito Tiberius, carmen in se dictum, seque indigno scelere affectum affirmavit, & Aiacem ob id se de Scauro facturum dixit; adegitque hominem vti sibi ipsi manus inferret.

P. POMPONIVS SECVNDVS.

*

Quintilianus lib. 10 cap. 1. Eorum, quos viderim, longè princeps Pomponius Secundus: quem ſenes parùm Tragicum putabant, eruditione ac nitore præſtare confitebantur.

*

Idem lib. 8. cap. 3 Nam memini iuvenis admodum inter Pomponium & Senecam etiam PRÆFATIONIBVS eſſe tractatum, an *gradus eliminat* apud Accium in Tragœdiâ dici oportuiſſet: at veteres ne *expectorat* quidem timuerunt. Et ſanè eiuſdem notæ eſt, *exanimat*.

*

Plinius lib. 14. cap. 4. In Caij Cæſaris Germanici filij principatu, anno centeſimo ſexageſimo ſingulas vncias vini conſtitiſſe nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponij Secundi vatis, cænamque quam Principi ille dedit.

*

Idem lib. 13. cap. 12. Ita ſunt longinqua monumenta Tiberij Caijque Gracchorum manus, quæ apud Pomponium Secundum vatem civemque clariſſimum vidi annos ferè poſt ducentos.

*

Idem lib. 7. cap. 9. & ex eo Solinus c. 4. Sed hæc parva naturæ inſignia in multis variè cognoſcuntur, vt in Antoniâ Druſi, nunquam exſpuiſſe; in Pomponio † Conſulari Poëtâ, nunquam ructaſſe.

† *Conſul fuit anno* DCCXXCII. *Iterum ſub Caio, anno* DCCXCIIII.

Rela-

*

Relatum inde de P. Vitellio & Pomponio Secundo *&c.* huic à Considio præturâ functo obiectabatur, Velij (*sive* Aelij) Galli amicitia, qui punito Seiano, in hortos Pomponij, quasi fidissimum ad subsidiũ perfugisset. *&c.* Vitellius petito per speciem studiorum scalpro, levem ictum venis intulit, vitamque ægritudine animi finivit. At Pomponius multâ morum elegantiâ, & ingenio illustri, dum fortunam æquus tolerat, Tiberio superstes fuit. *Tacitus Annal.*

*

Ἔπειτα τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὄντας ἀπέλυσεν· ὧν εἷς ἦν Κύϊντος Πομπώνιος, ἑπτὰ ὅλοις ἔτεσιν ἐν τῷ οἰκήματι μεθ' ὑπατείαν κακωθείς. *Id est*, Deinde eos qui in carcere erant liberavit. inter quos fuit Q. Pomponius, septem totos annos à Consulatu suo ibi miserè habitus. *Dio Histor. Rom. lib. 59.*

*

Dionis hæc, & precedentia proximè Taciti verba, videntur non de Pomponio poetâ Consulari, sed de eius fratre cognomine, accipienda, ex ijs quæ porro lib. VI. *prodit Cornelius:* Sanciæ *&c.*

*

Sanciæ aquâ & igni interdictum, accusante Q. Pomponio. Is moribus inquies, hæc & huiusmodi à se factitari prætendebat, vt partâ apud Principem gratiâ, periculis Pomponij Secundi fratris mederetur. *Tacitus Annal. 6.*

*

At Claudius matrimonij sui ignarus, & munia Censoria vsurpans, Theatralem populi lasciviam severis edictis increpuit, quòd in P. Pomponium *Idem Annal. 11.*

Consularem (is carmina scenæ dabat) inque feminas illustres probra iecerat.

*

Idem Annal. 12. Deinde L. Pomponius Legatus auxiliares Vangionas ac Nemetas, addito equite alario monuit, vt anteirent populatores, vel dilapsis improvisi circumfunderentur. Et secuta consilium ducis industria militum, &c. Decretusque Pomponio triumphalis honos, modica pars famæ eius apud posteros, in quis carminum gloria præcellit.

*

Plinius nepos in Epistolis. Pomponius Secundus scriptor Tragœdiarum, si quid fortè familiarior amicus tolleret, dum ipse retinendum arbitraretur, dicere solebat, AD POPVLVM PROVOCO.

*

Auctor de corruptâ Eloquentiâ. De nostris quidē temporibus Secundus Pomponius Afro Domitio vel dignitate vitæ, vel perpetuitate famæ cesserit.

*

Terentianus Maurus in Centimetro. *In Tragicis iunxêre Choris hunc sæpè diserti*
Annæus Seneca & Pomponius antè Secundus.

*

Gyraldus in Histor. Poëtar. Dialog. 8. Nos ipsi vidimus huius Pomponij nomine tria numismata, inter quæ vnum posteriore parte Musam insculptam habebat lævâ lyram, dexterâ

verò

verò plectrum tenentem: reliqua duo Musas quidem, sed diversa ab hac peragentes munia.

*

Fragmenta huius Pomponij ex Armorum iudicio, Atreo, & incertis Tragœdijs, habes in nostrâ Collectione pag. CLVIII. *& seq. Cæterùm alius est ab hoc Poetâ, Consulatu & triumphalibus ornamentis claro, L. Pomponius Bononiensis dictus, Atellanarum scriptor nobilis, Ciceroni ac Senecæ laudatus: & cuius Grammatici plus minus* XXX *fabulas referunt.*

NERO CLAVDIVS CÆSAR.

*

Neronis Imp. tragœdiarum, Philostratus & Tacitus mentionem fecerunt. *Mart. Antun. Delrio Prolegom. in Sen. lib. I de Tragœdiâ.*

*

Philostratus in Vitâ Apollonij Tyanei lib. IV. *cap.* XIII. *scribit de citharœdo quodam, qui coram Apollonio ad imitationem Neronis (nisi fallor) cantabat:* Is igitur, vt consueverat, *inquit,* in sui cantus præludio brevem de Nerone hymnum percurrens, carmina subiecit partim ex Oreste, partim Antigonâ, & alijs passim tragœdijs ipsius; inflectens cantus malè perversèque à Nerone vlulatos. *Et Tacitus Annali* XIV. Postremò ipse (*Nero*) scenam inscendit, multâ curâ tentans citharam & præmeditans *&c.* Ne tamen ludicræ tantùm Imperatoris artes notescerent, carminũ quoque studium affectavit, contractis quibus aliqua pangendi facultas. *Duobus his potissimùm locis clarissimum Delrionem impulsum puto, vt Neronẽ inter Tragicos retulerit. Atqui disertim hîc Tragœdiarum Neronianarum mentionem fieri, cras credo, hodie nihil. Cecinisse in scenâ habitu citharœdico Neronem, constans fama est: & saltasse eundem Creontem atque Oedipum, non obscurè innuit idem Philostratus lib.* V. *c.* II. *Vide ibidem cap.* III. *& lib.* IV. *cap.* VIII. *Etiã Tacitum lege initio anni* A. V. C. DCCCXVI. *lib.* XV.

lib. XX. *de publicatâ eius voce Neapoli. Adhibe &, præter Dionem, Suetonium in eius vitâ. Tradit is cap.* XX. *Neronem inter cæteras disciplinas pueritiæ tempore imbutum & musicâ; ac statim post adeptum imperium, Terpnum citharœdũ, vigentem tunc præter alios, accersiisse.* &c. *Annotat præterea cap.* XXI, *quòd magni æstimarit cantare: quodque Nioben se cantaturum per Cluvium Rufum Consularem pronunciarit.* &c. *Cantasse itidem inter cæteras tragœdias, quas personatus cantavit, Canacem parturientem, Orestem matricidam, Oedipodem excæcatum, Herculem insanum. Denique cap.* XXIV. *observantissimum legis scenicæ refert: vt qui in quodam tragico actu elapsum manu baculum (sceptrum putà, gestamen regis histrionici) citò resumpserit, metu ne ob delictum certamine submoveretur. Suspicatur hoc accidisse tunc, cùm Creontem vel Oedipum saltaret, ὁ θαυμάσιος Casaubonus; quia saltatos hos ambos ab Nerone, meminerat ex Philostrato. Quamquam sanè ad Poëticam pronum fuisse, negari non potest. Iam Tacitum dicentem audivimus, Neronem carminum quoque studium affectasse, contractis quibus aliqua pangendi facultas. Idemque Annali* XV. *ait,* Famam carminum eius [*Lucani*] premebat Nero, prohibueratque ostentare, vanus æmulatione. *Seneca Natural. Quæst. lib.* I. *cap.* V. Vt ait Nero Cæsar disertissimè,

Colla Cytheriacæ splendent agitata columbæ.

Plinius lib. XXXVII. cap. III *Domitius Nero in cæteris vitæ suæ portentis, capillos quoque coniugis suæ Poppeæ in hoc nomen adoptaverat, quodam etiam carmine* succina *appellando.* Martialis lib. VIII. Epigr. LXX. de Nervâ poëtâ:

Sed tamen hunc nostri scit temporis esse Tibullum,
Carmina qui docti nota Neronis habet.

Et lib. IX. Epigr. XXVII. de eodem:

Ipse tuas etiam veritus Nero dicitur aures,
Lascivum iuvenis cùm tibi lusit opus.

Diximus Neronem ad Poeticam pronum, secuti in eo Suetonium auctorem: nec enim affectatio sola fuit, quod Tacitus videtur innuere: neque aliena pro suis edidit, vt quidã putant. quod contra evincit ac redarguit ex pugillaribus libellisque cum quibusdam notissimis ver-

versibus ipsius chirographo scriptis idem Tranquillus cap. LII. *Troïcorũ Neronis meminerunt antiquus Virgilianus Interpres Georg.* III. *Iuvenalis Sat.* VIII. *& Dio fine lib.* LXII. *Nos versus ex ijs quosdam legisse meminimus, itemque in Vitâ vetere M. Annæi Lucani, hemistichium Neronis:*

Sub terris tonuisse putes.

Quantum verò modulatis carminibus & ῥυθμικαῖς ἐκβοόσεσι delectaretur Nero, satis indicant versus eius apud Persium Satyrâ principe:

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis. &c.

De quibus ad obscurissimum illum Satyrographum eruditissimus, quem modò laudavimus, Casaubonus. Versus autem, quos modò innuebamus, ex Troïcis Neronis hi sunt

Quique pererratum subductus Persida Tigris
Deserit, & longo terrarum tractus hiatu
Reddit quæsitas iam non quærentibus undas.

Legi eos apud antiquum Lucani Scholiastem Ms. qui in divite bibliothecâ Pithæanâ, tradunt fide digni viri, a quibus nos accepimus.

ANNÆVS CORNVTVS.

*

Cùm esset annorum sedecim Flaccus, amicitiâ cœpit vti Annæi Cornuti Philosophi. &c. Cognovit per Cornutum, Annæum etiam Lucanum æquævum (*al.* equitum. *l.* equitem,) auditorem Cornuti. Nam Cornutus illo tempore Tragicus fuit, sectæ poëticæ (*fortè*, Stoicæ) qui libros Philosophiæ reliquit. *Vetus Persij Vita, fortè ex Suetonio de Claris Poetis.*

L. ANNÆVS SENECA.

*

De hoc, & auctoribus cæteris Tragœdiarum quæ vulgo L. Annæo Senecæ tribuuntur, vide Testimonia & Iudicia nostra Editio-

ditioni, quæ vnà cum his etiam prodit, præfixa, & CLL.VV. Iustum Lipsium, Danielem Hensium, & Ioannem Isaacium Pontanum, in Præfationibus Notarum suarum, quæ eodem cum nostro Senecâ syntagmate continentur.

M. ANNÆVS LVCANVS.

*

Tacitus Annal 15. Et Lucanus Annæus, Plautiusque Lateranus Consul designatus, vivida odia intulêre [*Pisonianæ coniurationi in Neronem.*] Lucanum propriæ caussæ accendebant, quòd famam carminũ eius premebat Nero, prohibueratque ostentare, vanus æmulatione.

*

Idem Annal. 16. Annæus Mella, eques Romanus, quibus Gallio & Seneca parentibns natus, *&c.* Idem M. Annæum Lucanum genuerat, grande adiumentum claritudinis.

*

P. Papinius Statius in Genethliaco Lucani, Sylvar. lib. 2.

Tu primùm, teneris adhuc in annis,
Ludes Hectora Thessalosque currus,
Et supplex Priami potentis aurum.
Et sedes reserabis inferorum.
⁂ *Ingratus Nero dulcibus theatris,*
Et noster tibi præferetur Orpheus.
Dices culminibus Remi vagantes
Infandos Domini nocentis ignes. &c.

*

Anonymus de vitâ Lucani, in Natus est III. Non. Novemb. C. Cæsare Augusto Germanico II. L. Cæsiano I. Coss. *&c.*

suâ

suâ sponte coactus vitâ excedere, venas sibi præcîdit (*medico præbuisse secandas, scribit Hieronymus in Chronico Eusebiano, numero* M. M. LXXX, *in anno* x *Neronis. Vide & Tacitum Annali* XV.] perijtque prid. Kal. Maias, Attico Vestino & Nervâ Syllano Coss. XXVII ætatis annum agens. Præter Belli Civilis libros, exstant eius & alij complures. vt: Iliacon; Saturnalia; Catascomon (*Gyraldus*, Catacosmon; *fortè*, Catacausmon;) Silvarum x; Tragœdia Medea, imperfecta; Salticæ fabulæ XIV; & Hippamata (*Gyraldus*, Hypomnemata) prosâ oratione in Octavium Sagittam, & pro eo; De incendio Vrbis; Epistolarum ex Campaniâ, *&c.* *antiquissimo Commentario.*

*

Enumerantur à Grammaticis nostris, præter opus de bello Cæsaris & Pompeii, complura alia ab eodem Lucano composita. Scripsit enim Saturnalia; Silvarum libb. x; Tragœdiam Medeam, quam non absolvit; De incendio Vrbis; De incendio Troiæ, cum Priami calamitate; Opheum; Fabulas complures. *Petrus Crinitus de Poet. Lat. lib. 3. cap. 58. Vide & Gyraldum in Histor. Poet. Dialog. 4.*

† CVRIATIVS MATERNVS.

*

Nam posterio die quàm Curiatius Maternus Catonem recitaverat, cùm offendisse potentum animos diceretur, tamquam in eo Tragœdiæ argumento sui oblitus, tantùm Catonem cogitasset, *&c.* † *Alijs*, IVLIVS MATERNVS. *Auctor de corruptâ Eloquentiâ.*

*

Tum ille, † Leges tu quidem si volueris, & *Ibidem.*

agnoſces quæ audiſti. quòd ſi qua omiſit Cato, ſequenti tractatione (*Lipſ.* recitatione) Thyeſtes dicet. Hanc enim Tragœdiam diſpoſui iam, & intra me ipſe formavi. *&c.* Adeo te tragœdiæ iſtæ non ſatiant, inquit Aper, quo minùs omiſſis orationum & curarum (*Lipſ.* cauſarum) ſtudijs omne tempus modò circa Medeam, ecce nunc circa Thyeſtem conſumas? cùm tot amicorum cauſæ, tot coloniarum & municipiorum clientelæ in forum vocent, quibus vix ſufficeres, etiam ſi non novum tibi ipſe negotium importaſſes, Domitium, & Catonem: id eſt, noſtras quoque hiſtorias, & Romana nomina, Græcorum fabulis aggregares.

† *Ms.* Leges quid Maternus ſibi debuerit, & agnoſces, *&c.*

*

Idem Maternus infra recitatione tragœdiarum famam ſe auſpicatum *ait.*

P. PAPINIVS STATIVS.

*

Iuvenalis Sat. 7.

Curritur ad vocem iucundam, & carmen amicæ
Thebaidos, lætam fecit cùm Statius vrbem,
Promiſitque diem: tantâ dulcedine captos
Afficit ille animos, tantáque libidine vulgi
Auditur: ſed cùm fregit ſubſellia verſu,
Eſurit, intactam Paridi niſi vendat Agauen.

*

Videtur, inquit Delrio, compoſuiſſe fabulam Agauen, & egeſtate preſſus, illam Paridi hiſtrioni vendidiſſe. Mihi verba fieri viden-

videntur, de recitatione Thebaidos accuratissimi operis, quod hexametro carmine & duodecim libris reliquit. Scholiastes antiquus in Iuvenalem: Significat poema Statij de bello Thebano. Est enim & poema ipsum delectabile: & ipse dicitur bonam vocem habuisse.

CANIVS RVFVS.

*

Dic Musa, quid agat Canius meus Rufus? *Martialis lib. 3. Epigr. 20.*
Utrumne chartis tradit ille victuris
Legenda temporum acta Claudianorum?
An quæ Neroni falsus adstruit scriptor?
An æmulatur improbi iocos Phædri?
Lascivus elegis, an severus herois?
An in cothurnis horridus Sophoclèis?

*

Canij huius Gaditani Poetæ meminit Hispanus Epigrammatographus lib. I Epig. LXII. *&* LXX. *& lib. III. Epig.* LXIV. *Lege de eodem epistolam Valerij ad Rufinum inter Hieronymianas.*

VARRO.

*

Varro Sophocléo non inficiande cothurno. &c. *Martialis lib. 5. Epigr. 31.*

SCÆVA MEMOR.

*

Clarus fronde Iovis, Romani fama cothurni, *Martialis lib. 11. Epigr. 10.*
Spirat Apelléâ redditus arte Memor.

*

Contulit ad satyras ingentia pectora Turnus. *Ibidem*
Cur non ad Memoris carmina? frater erat. *Epigr. seq.*

Au-

*

Probus, sive alius vetus Scholiastes in Iuvenal. Sat. I.

-*Auruncæ flexit alumnus.*] Turnum dicit Scævæ Memoris Tragici poëtæ fratrem. Turnus hic libertini generis ad honores ambitione provectus est, potens in aulâ Vespasianorum Titi & Domitiani.

*

Horum fratrum meminit Sidonius Apollinaris Carm. V. *& Turni præterea, Martialis alibi: & Rutilius Numatianus in Itinerario. Ex Hercule Memoris citat versum aut eius Fragmentum Fulgentius Placiades. Vide Collectionem nostram. Memini maximum Scaligerum Octaviæ, incertæ Tragœdiæ inter Annæanas, auctorem dixisse aliquando hunc Memorem. Quod nos in medium relinquimus, contenti lectorem super coniecturâ doctissimi viri obiter admonuisse.*

M. VAL. MARTIALIS.

*

Celeberrimus hic atque vrbanissimus Epigrammatographus tentasse & Tragœdiam potest videri: Sic enim in Tuccam quendam poetastrum, omne genus carminis attingentem & æmulatione vanum, scribit lib. XII. *Epigr.* XCIV.

Transtulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos?
Aptasti pedibus tu quoque syrma tuis.

BASSVS.

*

Obscurus hic & ineptus Tragicus, ficto fortassis nomine, quemadmodum & Tucca suprà, Martialis epigrammate tantum non celebratus, lib. V. *Epigr.* LIII.

Colchida quid scribis, quid scribis, amice, Thyesten?
Quid tibi vel Niobe, Basse, vel Andromache?
Materia est, mihi crede, tuis aptissima chartis
Deucalion: vel, si non placet hic, Phaëthon.

Dicit

Dicit Tragica eius Poemata eiusmodi esse, vt digna sint quæ aut aquis aut igne statim aboleantur. Quam poenam ineptis carminibus & alibi constituit.

TRABEAS.

*

Delrioni inter Tragicos habetur, non ille senior Comicus Ciceroni & Vulcatio Sedigito celebratus, sed alius recentior apud Tacitum. N. L.

RVTILIVS GEMINVS.

*

Eius Astyanax à Placiade Fulgentio citatur. Præter hunc ridiculum Grammatistam, nullum idoneum auctorem habemus. Ita vt meritò suspectus sit. Nec de æuo constat.

CORDVS, siue CODRVS.

*

Vexatus toties rauci Theseide Cordi.] Cordus hic poëta fuit vitiosus, qui Tragœdiam Thesei scripsit. *Scholia in Iuvenal. Sat. 1.*

*

Codrus Virgilio bonus ac felix Poeta, Eclog. VII.

Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen,
Quale meo Codro, concedite. proxima Phœbi
Versibus ille facit.

Codrus (vt annotat ibi Commentator vetus) poeta eiusdem temporis fuit, vt Valgius in Elegis suis refert.

PACCIVS.
FAVSTVS.
RVBRENVS LAPPA.

Horum trium meminit Iuvenalis Sat. VII.

Alcithoën † Pacci, Thebas & Terea Fausti.

† Vett. ll. *Bacchi*, & *Balchi*. Fortè, *Valgi*.

Iuvenal. Sat. 7, *Non minor antiquo Rubrenus Lappa cothurno,*
Cuius & alveolos & lænam pignorat Atreus.

Scholiastes vetus, qui Probus creditur, notat ad priorem versum, nomina fabularum esse, aut malorum poetarum qui has fabulas scripserunt. Eidem ad sequentem locum Rubrenus Lappa Tragicus poeta est. Satyrâ eâdem paulò post,

Præfectos Pelopéa facit, Philomela tribunos.

Nomina sunt tragœdiarum, Scholiastes Neronem ait significari, qui scenicis ob turpẽ libidinem hæc petentibus præstabat. Propter hunc versum, monente eodem, missus est in exsilium à Claudio Nerone Iuvenalis.

L. ANNIVS VERVS IMP.
CVM M. ANTONINO.

Suspicatur Delrio eum Tragœdias factitasse, ex ijs quæ de illo refert Sextus Aurelius: Carminum maximè Tragicorum studiosus, ingenij asperi atque lascivi.

LAMPRIDIVS BVRDEGALENSIS.

Sidon Apollinar. l. b. 8. Epist. 11. Quẽ vide. *Et nunc inflat epos Tragœdiarum.*

OSIDIVS GETA.

Tertullianus de Præscript. Vis hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componi, materiâ secundùm versus, versibus secundùm materiam concinnatis? Osidius Geta Medeam tragœdiam ex Virgilio plenissimè expressit.

pressit. &c. *Vide Collectanea nostra pag. 187.*

OMISSA QVÆDAM, superioribus addenda.

In fine Testimoniorum de Attio, supple imperfectum locum:

Alius omnino à Tragico nostro videtur Attius, cuius meminerat in eâdem Satyrâ Persius, his verbis:

-Non est hîc Ilias Atti
Ebria veratro.-

In veteribus Glossis, Accius Labeo dicitur, qui Iliadem Homeri versibus fœdissimè composuit. Casaubono recentem poetam, non veterem Tragicum, intelligi indubitatum est.

C. TITIVS.

Ipso paginæ fine post verba, *inter Tragicos recenset*, adde: *præterito (quod mireris) ipsomet Tragico C. Titio. De quo luculenter præterea Horatius lib. 1. Epist. III. ad Iulium Florum:*

Quid! Titius Romana brevi venturus in ora?
Pindarici fontis qui non expalluit haustus,
Fastidire lacus & rivos ausus apertos:
Vt valet? vt meminit nostri? fidibusne Latinis
Thebanos aptare modos studet auspice Musâ?
An Tragicâ desævit & ampullatur in arte?

Commentator ibi Cruquianus.

Titius † Septimius Lyrica carmina & Tragoedias scripsit, Augusti tempore; sed libri eius nulli extant. Huius autem insigne monumentum est infra Aritiam.

†*Fortean hic idem ad quem scribit lib. II. Od.* VI.

Septimi Gades aditure mecum, &c.

Fortè, inquam. Nam ibi Commentator idem Septimium equitem Romanum dicit, amicum & commilitonem Horatij. At

nullo

alio prænomine aut cognomine eum insignit. Nec de eius studio poetices ille ibi, aut Flaccus, verbum ullum. Sed in Epist ad Florum disertè Titius Septimius traditur Lyrica carmina & tragœdias scripsisse. Quod & ipse Vates Venusinus innuit.
Alius (ne dubita) est Septimus Severus, an? Serenus, qui Flaviorum ævo vixit, & ad quem Statius Sylvar. lib. IV. *Eclog.* V. *scribit, quemq; natione Afrum fuisse indicat. Quem eundem penè crediderim cuius elegantissimus Grammaticorum Terentianus Maurus, Diomedes, Sidonius Apollinaris, Nonius, & alij meminerunt. cuiusque Ruralia sive Opuscula laudantur. Sed de his alias.*

P. VIRGILIVS MARO.

Subiunge tribus illis de de summo Poëtâ testimonijs notulam hanc nostram:

Apagesis nugas Grammaticorum, & Poetam Celtiberum audi.

Martial. lib. 8. Epigr. 18.

Sic Maro nec Calabri tentavit carmina Flacci,
Pindaricos posset cùm superare modos.
Et Vario cessit Romani laude cothurni,
Cùm posset Tragico fortiùs ore loqui.

*

Iul Cæs. Scaliger Poetic. lib. 4. cap. 17.

Equidem arbitror P. Virgilium Maronem antiquorum Poetarum studiosissimum, eorum Tragœdijs potissimùm lectissima quæque, novum de suo nihil ad divinæ orationis splendorem attulisse.

P. OVIDIVS NASO.

De Fragmentis Medeæ reliquis, vide Collectanea nostra pag. CLVII. *& adde omninò Senecam Rhetorem Suasoriâ* III.

L. LIVII ANDRONICI, POETÆ ANTIQVISSIMI, FRAGMENTA.

* *
*

Asterisci, qui in Reliquiis ipsis visuntur, designant vocem in quâ illud fragmentum à Grammaticis laudatur, quorum nomina ad oram lectitantur.

EX ACHILLE.

*

- Si malos
Imitabo, tum tu pretium pro noxâ dabis. — Nonius in *imitat.*

EX ADONE.

*

Humum humidum pedibus fodit. — Priscianus lib. 6.

EX ÆGISTHO.

*

*Iámne oculos * specie * lætavisti optabili.* — Nonius in *lætare* & *species.*

*

Nemo hæc † voster ruminetur mulieri. — † *vostrûm*, vel *nostræ* vel *vostræ ruminabitur.* — Idem in *ruminare.*

*

*Tum autẽ lascivum Nerei simum * pecus,*
*Ludens ad cantum classum * lustratur -* — Idem in *pecus*, & *lustrare.*

*

** Solennitus à † declitali laudet lubens.* — † Locus corruptissimus. — Idem.

- Nam

*

- Nam ut Pergama

Nonius. *Accensa, & præda per participes * æquiter*
Partita est. -

*

- In sedes collocat se regias;

Idem. *Clytemestra * juxtim ; tertias natæ occupant.*

*

Idem. *Ipse se in terram saucius * fligit cadens.*

*

Idem in *procacitas.* *Quin, quod parére vos maiestas mea procat,*
Toleratis? † extemploque illam deducitis? Al. *tẽploque hanc.*

EX AIACE.

*

Idem. *Mirum videtur quod sit factum * jamdiu.*

EX ANDROMEDA.

*

Idem. ** Confluges ubi conventu campum totum inhumigant.*

EX ANTIOPA.

*

Idem. *Ita * septuosè dictio abs † te datur,* † *deo*
Quod consecutum sapiens agrè contulit.

EX CENTAVRIS.

*

Festus in *Petrarum.* *Ubi † ego sæpe petris.* † *Echo septa*

EX EQVO TROIANO.

*

*Da mihi hasce opes quas peto, quas precor, porrige, * opitula.* Nonius.

*

Serò sapiunt [Phryges.] Cicero lib. 7. ad Famil. epist. 16.

*

Nunquam hodie effugies, quin meâ manu Moriare. Macrobius lib. 6. Saturnal. cap. 1

EX HELENA.

*

Tu qui permensus ponti maria alta velivola. Idē lib. 6. c. 5.

EX HERMIONA.

*

*Obsecro te, † Anticile, matri ne quid tuæ advorsus * fuas.* † *Anciale* vel *Anchiale.* Nonius.

EX INONE.

*

† Et jam purpureo suras include cothurno; † *Sed*
Baltheus & revocet volucres in pectore sinus:
Pressaque jam gravidâ crepitent tibi terga pharetrâ:
Dirige odorisequos ad † certa cubilia canes. † *cæca*

Terētianus in Cētimetro, & Marius Victorinus lib. 1.

EX † LAODAMIA.

[† PROTESILAODAMIA potius.]

*

Aut nunc alia te quæpiam Prisc. lib. 10.

Asiatico ornatu affluens,
Aut Sardiano, aut Lydio
Fulgens decore, & gloriâ,
Pellicuit. -

EX † PROTESILAO.

[Imò PROTESILAODAMIA.]

*

Idẽ lib.9. *Cupidius miserulo obito.*

*

A. Gellius lib. 12. c. 10. *Claustritimum.*

*

Varro lib.5. de L.L. Quare unâ origine *inlicio* & *inlicius*, quod in Choro Proserpinæ est.

EX TEREO.

*

Nonius. * *Rarenter venio.*

*

Idem in *præstolat.* *Nimis pol imprudẽter † servis præstolaras.* † Al. *servus.* l. *servos.*

*

Ego puerum interea ancillæ subdam lactantem meæ,
Idem. *Ne fame * perbitat.* -

*

Idem. *Credito, cum † illos soli mea voluntate nunquam * limavit caput.* † Corruptum.

Livij TEVCER laudatur Varroni de L. L. lib. 6. initio.

EX

EX LIVII ANDRONICI INCERTIS TRAGOEDIIS.

*

Florem † *antlabant Liberi ex carchesiis.* †Al. *anclabāt.* l. *anculabant.* Festus in *anclare.*

*

Haud ut quem Chiro in Pelio docuit * *ocri.* Idem.

*

Celsos ocris, arvaque patria,
Et mare magnum. - Ibidem.

*

Namque Tænari celsos ocris. Ibid.

*

Sed qui sunt hi qui ascendunt altum ocrim? Ibid.

*

-* *Dusmoso in loco.* Idē, pro *dumoso.*

*

Quà Castalia per * *struices saxeas lapsu accidit.* Idem.

*

† *Quinquertiones præco in medium vocat.* † Id est, *athletas.* Idem in *quinquertium.*

*

Tu cornifrontes pascere * *armentas soles.* Nonius.

*

Quænam ista suavitas, quænam * *consortio est?* Idem.

*

Mulier, * *quisquis es, te volumus.* Idem.

*

Nonius. *Tuq́; mihi narrato omnia * diſertim.*

*

Feſtus. *Matrem * procitum plurimi venerunt.*

*

Iſidorus Orig. lib. 19. c. 4. *Tuncque remos juſsit religare ſtruppis.*

*

Feſtus. *Quem ego * nefrendẽ alui, lacteam immulgens opem.*

*

Idem in *vaçerram.* † *Vecorde & maleficâ vecordiâ.* † *Vecors & malefice vaçerra.*

*

Idem. * *Adfatim edi, bibi, luſi.*

*

Idem in *Rediviam.* *Scabra in legendo redivioſave offendens.*

*

Priſc. lib. 6. *Puearum manibus confectum pulcherrimè.*

*

Idẽ ibid. *Apud nympham Atlantis filiam Calypſonem.*

*

Feſtus. * *Surregit* & *ſorctus* pro *ſurrexit*, & quaſi poſſit fieri *ſurrectus*, frequenter poſuit Livius.

*

Idem. * *Dacrumas* pro *lacrumas* Livius ſæpè poſuit; nimirum quod Græci appellant *δάκρυα*: Item *dautia*, quæ *lautia* dicimus, & dantur legatis hoſpitij gratiâ.

* Demum

*

* *Demum*, quod ſignificat *poſt*, apud Livium *demus* legitur. Alij *demum* pro *duntaxat* poſuerunt. Feſtus.

*

* *Gnarigavit* ſignificat apud Livium *narravit*. Idem.

*

Numen dicunt eſſe imperium, dictum à nutu, &c. Itaque in Iove hoc & Homerus & aliquotiens Livius. Varro lib. 6.

*

Attius verò cùm ſcriberet *anguis*, *angueis* imponebat. Itẽ nec *z* literam, nec *y* in libro ſuo retulit; quia, quæ antè fecerant Nævius & Livius cũ longa ſyllaba ſcribenda eſſet, duas vocales ponebant; præterquam qui in *i* literam inciderant: hãc enim per *e* & *i* ſcribebant; *Gneius Pompeius Magnus* & ſcribebant & dicebant: *Kadamitatẽ* pro *Kalamitatẽ*. Mar. Victorin. lib. 1.

*

Alumento pro *Laumedonte* à veteribus necdum adſuetis Græcæ linguæ dictum eſt. ſic *Melo*, pro *Nilo*: *Catamitus*, pro *Ganymede*, &c. Feſtus lib. 1.

Ad quæ Scaliger in Caſtigationibus.

Aio Feſtum in depravatos codices vetuſtiſſimi poetæ Livij Andronici incidiſſe. Nam *Laumento* dixit Livius. Ità ferè ſemper veteres Latini, etiam poſteriores: ut Petronius, *Lauconte*. *-gemina nati pignora Lauconte: -* & *Lautumiæ*, non *Laotomiæ*; quod cognoſcimus ex Seneca. ſic *Laudicea*, pro *Laodicea*. Plin. lib. 11. Epiſtol. Nam ibi *Laudiceni* dicebãtur per iocũ, nõ cives Laodiceæ, ſed qui laudes ſuas cani libenter audiebant. ut & iidem non iniurbanè vocabãtur σοφοκλεῖς, nõ ut proprio nomine Tragici poetæ: ſed quia grãde ſophos illis dicebatur, cõductis & redẽptis auditoribus. Ergo eodem modo *Laumento*, pro *Laomedonte*.

Cætera ad Odyſſeam, vel Comœdias pertinere arbitramur: & fortaſſe etiam ex his quædam. Nonnulla quoque Lævio & Nævio adſcribenda videbuntur. De quibus in Notis.

Q. ENNII Fragmenta.

EX ACHILLE.

*

Nonius. *Serva cives; defende hostes, cùm potes * defendere.*

*

Idem. *Quo nunc incertâ re atque inoratâ, gradum*
** Regredere conare? -*

*

Idem. *- Nam consiliis * obvarant, quibus tamen*
Concedit hic ordo. -

*

Festus & Nonius, & Gell. lib.4 c.17 *Per ego deûm sublimas * subices humidas,*
Unde oritur imber sonitu sævo & spiritu.

EX ACHILLE ARISTARCHI.

*

Nonius. *Ita mortales inter se pugnant, * præliant.*

*

Festus in *Prolato æ.a.* *Prolato ære adstitit.*

EX AIACE.

*

Idem. *Sanguine emisso tepido * tullii efflantes volant.*

Lumen

*

Lumen jubarve in cœlo cerno? Varro lib. 5. bis, & lib. 6.

*

*Qui rem cum Achivis gesserunt * statim.* Nonius.

EX ALCMÆONE.

*

*Factum est * jamdiu.* Idem.

*

Incede, incede; adsunt, adsunt; me, me expetunt. Cic. Acad. quæst.

*

Multimodis sum circumventus, morbo, exsulio, atque inopiâ.
Tũ pavor sapientiam mihi omnẽ exanimo expectorat. Idẽ 3. de Orat. & lib. 4. Tusc. & 4. de Fin.

*

Sed mihi neutiquam cor consentit cum oculis. Idem 4. Acad. quęst.

*

Vnde hæc flamma oritur? Idẽ ibid.

*

Fer mi auxilium, pestem abige à me, Idẽ ibid.
Flammiferam hanc vim, quæ me excruciat.
Cæruleo incinctæ angui incedunt,
Circumstant cum ardentibus tædis.

Cum superioribus videntur continuanda.

Intendit crinitus Apollo Idẽ ibid. & Varro lib 6.
Arcum auratum lunâ innixus:
Diana facem jacit à lævâ.

EX ALEXANDRO. ſive, ALEXANDRA.

*

Feſtus. *Hominē appellat: quid laſcivis * ſtolide? non intellegit.*

*

Idem. *Volans de cœlo cum coronâ & * tæniis.*

*

Varro lib. 5. *Iamdudum ab ludis animus atque aures avent*
Avidè exſpectantes nuntium.

*

Macrob. lib.6. c.1. *Multi alii adventant, paupertas quorum obſcurat*
nomina.

*

Idem lib. 6. c. 2. *Nam maximo ſaltu ſuperavit,*
Gravidus armatis equus;
Qui ſuo partu ardua perdat
Pergama. -

*

Ibidem. *O lux Troiæ, germane Hector,*
Quid ita cum tuo lacerato corpore miſer?
Aut qui te ſic reſpectantibus tractavêre nobis?

*

Feſtus in *putum*, & Gell. lib. 6. c. 5. *Dimidio purus putus.*

EX ANDROMACHA.

*

Varro lib. 6. *Andromache nomen qui indidit, rectè indidit.*

Nam

*

*Nam ubi introducta est, puerumque ut * laverent, locant in clupeo.* Nonius.

*

Acherusia templa alta Orci pallida, Leti obnubila, obsita tenebris loca. Cic. 1. Tusc. & Varro lib. 6. qui variat.

*

Hectoris natum de mœro jactari. Varro lib. 9.

*

*Dic jam, mater non est, * summussare sine.* Festus.

*

Rapit ex alto naves velivolas. Macrob. lib. 6. c. 5.

*

Sed quasi ferrum, aut lapis † durat; † *dura.*
** Rarenter gemitum conatu trahens.* Nonius.

*

*Quid fit? seditio tabétne, an numeros * augificat suos?* Idem.

EX ANDROMACHE-MOLOTTO.

*

*Quantis cum ærumnis illum * exanclavi diem!* Nonius.

*

*- Annos multos * longinquè ab domo*
*Bellum gerentes * summum, summâ industriâ.* Idem.

*

Nam neque irati, neq; blandi quicquã sincerè sonunt. Idem in *sonit.*

EX

EX ANDROMEDA.

*

Varro lib. 4. *Quæ cava cœli*
Signitentibus
Conficiꝰ bigis.

*

Ibid. *Cœli ingentes fornices.*

*

Festus in *quæsere.* *Liberûm quæsendûm caussa familiæ matrem tuæ.*

*

Idem. *Circum sese * urvat, ad pedes à terrâ quadringentos occultat caput.*

*

- Alia fluctus differt, dissupat
Nonius. ** Visceratim membra; maria salsa spumāt sanguine.*

Idem in *scapres*, & Festus in *scrupi.* *Scrupeo investita saxo, † atq; ostreis, quā excaperent.*
† atque ostreis squame scaprent.

*

Prisc. lib. 7. *Filiis propter te obiecta sum innocens Nerei.*

*

Nonius. ** Rursus prorsus * reciprocat fluctus, feram.*

*

Idem. *Corpus contemplatur, unde * corporaret vulnere.*

EX

EX ATHAMANTE.

*

‡ *His erat in ore Bromius, his Bacchus pater,* ‡ *Iis* Charisius in *euhoë* lib. 2.
Illis Lyæus vitis inventor sacræ.
Tum pariter Euan euhoë, euhoë, Euius,
Ignotus juvenum cœtus alternâ vice
Inibat alacris, Bacchico insultans modo.

EX CRESPHONTE.

*

Audis, atque auditis hostimentum adiungito. Festus in *redhostire.*

*

Duxit me uxorem sibi liberûm quæsendûm gratiâ. Idem in *quæso.*

*

An inter se sortiunt urbem, atque agros? Nonius in *sortio.*

*

‡ *O pie eam secum advocant, eunt ad fontem,* * *nitidant corpora.* ‡ Corruptus locus. Idem.

*

Ego cùm meæ vitæ parcam; letum inimico deprecor. Gell. lib. 6. c. ult.

*

Neque terram iniicere, neque cruenta Macrob. lib.6. c.2.
Convestire mihi corpora licuit,
Neque miseræ lavere lachrymæ salsum sanguinem.

*

Iniuriâ abs te afficior indignâ, pater; Auct. Rhet. ad Heren. lib. 2.

Nam

Nam si improbum Cresphontem existimaveras,
Cur me huic locabas nuptiis? sin est probus,
Cur talem invitum invitam cogis linquere?
Nullâ te indignâ, ô nata, afficio iniuriâ.
Si probus est, bene te locavi: sin est improbus,
Divortio te liberabo incommodis.

*

Ibid.

- Duxi probum,
Erravi, post cognovi, & fugio cognitum.

*

Ibid. & Cic. lib. 1 de Invĕt.

Eho tu, dij quibus est potestas motus superûm atque inferûm,
Pacem inter sese conciliant, conferunt concordiam.

*

Idem 1. Tusc.

Nam nos decebat cœtus celebrantes domum
Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus;
Humanæ vitæ varia reputantes mala.
At qui labores morte finisset graves,
Omnes amicos laude & lætitiâ exsequi.

EX DVLORESTE.

*

Nonius.

Extemplo, Ægisthi, fidem nuncupantes conciebant populum.*

EX ERECHTHEO.

*

Gell. lib. 6. c. ult. & Nonius.

Quibu' nunc ærumnâ meâ libertatem paro?
Quibu' servitutem meâ miseriâ deprecor?*

Arma

*

Arma † arrigunt, horrescunt tela. † *rigent* Macrob. lib. 6. c. 4.

*

- lapideo Festus.
*Sunt corde multi, quos non miseret * neminis.*

EX EVMENIDIBVS.

*

Areopagiticam eâ de re vocant petram. Varro lib. 6.

*

*Tacere, * opino, esse optimum, ut pro viribus* Nonius.
Sapere, atque fabulari tutè † noverint. † *noveris.*

*

*Id ego æquũ ‡ aptius fecisse me * expedibo, atq; eloquar.* Idem.
‡ *ac ius fuisse.*

*

*Nisi patrẽ materno sanguine * exanclando ulciscerem.* Idem.

*

*Dico ego vicisse Orestem, vos ab hoc * facessite.* Idem.

EX HECTORIS LYTRIS.

*

Melius est virtute jus. Nam sæpe virtutem mali Nonius.
*Nanciscuntur: jus atque æquum se à malis * spernit procul.*

*

At ego omnipotens te exposco, ut hoc consilium Idem.
*Achivis auxilii * fuat.*

Quid

*

Nonius. *Quid, hoc clamoris? quid * tumulti est? nomen qui usurpat meum?*

*

Idem. *Quid in castris * strepiti est?*

*

Idem. *Hector vi summâ armatos educit foras,*
*Castrisque castra ultro jam ferè * occupat.*

*

Idem. *Qui cupiant dare arma Achilli, ut ipsi * cunctent.*

*

Idem. *Ecce autem caligo oborta est, omnem prospectum*
** Derepentè contulit sese in pedes.* (abstulit:

*

Idem. *Per vos, & vostrum imperium, & fidem, Myrmidonum vigiles * commiserescite.*

*

Idem. *Inferûm vastos * specus.*

*

Idem. *Constitit, credo, Scamander, arbores vento * vagant.*

*

Idem. *Æs * sonit, franguntur hastæ, terra sudat sanguine.*

*

Idem. * *Sæviter fortuna ‡ ferri cernunt de victoriâ.* ‡ ferro

*

Festus in redhostire. *Quæ mea cominus machæra atq; hasta hostiris manu.*

Ducet

*

† *Ducet quadrupedum jugo invitam, doma, infrena, & juge valida, quorum * tenacia infrenari minis.* Nonius.

† Deploratus prorsus locus.

*

Sublime iter quadrupedantes flammam halitantes. Diomedes lib. 1.

*

Nos quiescere æquum est: novimus ambo Vlissem. Idē ibid.

Quæ sequuntur, dubium an huc spectent. Vide Notas hîc: & ad Nævii Fragmenta.

*

*Hector quidem haud cessat * obsidionem obducere.* Festus.

*

- Lætus sum
Laudari me abs te, pater, laudato viro.

Cic. 4. Tusc. lib. 5. Famil. epist. 12. & lib. 15. epist. 6.

*

**Hectore proficiscente tunc ipsos adoriant, ne quis hāc Spartam referat nuncium.* * Prisc. lib. 8.

*

Signum cadens. Varro lib. 6.

EX HECVBA.

*

O magna templa cœlitum,
Commista stellis splendidis. Varro lib. 6.

*

Sed nunquam scripstis, qui parentem aut hospitem
*Necasset; quo quis cruciatu * perbiteret.* Nonius.

*

Nonius. *Heu me miseram, interij; pergunt* lavere* sanguen sanguine.*

*

Idem. *Iuppiter tibi summe, tandem malè re gestâ,* gratulor.*

*

Idem. *Vide hunc, meæ in quem lacrumæ* guttatim cadunt.*

*

Idem. * *Miserete † manus, date ferrum, quî* † anuis,
Me animâ privem. -

*

Gell. lib. 11. c. 4. *Hæc tu etsi pervorsè dices, facilè Achivos flexeris:*
Namq; opulenti cùm loquuntur pariter atq; ignobiles;
Eadem dicta, eademq; oratio æqua non æquè valet.

*

Nonius in *modicũ.* *Quæ tibi in concubio verecundè & modicè morẽ gerit.*

*

Idem. *Vndantem* salum.*

*

Idem. *Senex sum, utinam mortem oppetam,*
Priusquam evenat, quod in* pauperie meâ*
Senex graviter gemam. -

Huc'ne, an aliò, ad Enniive Andromachen (cuius fragmenta supra exhibuimus) referenda sint sequentia, viderit eruditus lector.

Varro lib. 6. *Extemplo acceptum me necato, & filium.*

Pol

*

– Pol mihi fortuna magis nunc defit, quàm genus. Cic. lib. 3
Namque regnum suppetebat mihi: ut scias quanto è loco, Tusc.
Quãtis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat.

*

Ex opibus summis opis egens † Hector tuæ. † *Hecuba.* Idẽ ibid.

*

Quid petam Idẽ ibid.
Præsidi? quid exsequar? quo nunc aut exilio, aut fugâ
Freta sim? arce & urbe sum orba. quò accedam? quò applicem?
Quoi nec aræ patriæ domi stant; fractæ & disiectæ (jacent.
Fana flammâ deflagrata: tosti alti stant parietes;
Deformati, atque abiete crispâ. –

*

O pater! ô patria! ô Priami domus! Idẽ ibid.
Septum alisono cardine templum! & de O-
Vidi ego te adstante ope Barbaricâ, rat. bis, &
Tectis cælatis, ‡ laqueatis, ‡ *lacuatis,* 1. Tusc.
Auro, ebore, † instructum regificè. † *instructam* & pro Sextio.

*

Hæc omnia vidi inflammari: Idẽ 1. &
Priamo vi vitam evitari: 3. Tusc.
Iovis aram sanguine turpari. ubi inter alia: *Hi*
poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare: HAEC OMNIA VIDI.

*

Heu relliquias semiassi regis, denudatis ossibus Idem 1.
Per terram sanie delibutam fœdè divexarier. Tusc.

*

Idē ibid. *Vidi, videre quod me passa sum ægerrimè*
Hectorem quadrijugo curru raptarier.

*

Idē ibid. *Adsum, atque advenio Acherunte vix viâ altâ atque arduâ,*
Per speluncas saxis structas asperis pendentibus
Maxumis: ubi rigida cōstat & crassa caligo inferûm.

*

Idē ibid. *Unde animæ excitantur obscurâ umbrâ, aperto ostio*
Alti Aggeruntis, salso sanguine imagines mortuorū.

*

Idem Tusc. 2. *Etsi segetem sunt in deteriorem datæ*
Fruges, tamen ipsæ suapte naturâ enitent.

*

Idem 2. de Finib. - *Nimium boni est, cui nihil est mali.*

EX ILIONA.

*

Pseudo-Porphyr. in Horat. l.2. Sat.3. *Mater, te appello; tu quæ curā somno suspenso levas:*
Neque te mei miseret: surge, & sepeli gnatum.

*

Cic. l.1. Tusc. *Age, adsta, mane, audi, itera-dum eadē & ista mihi.*

*Idē l.4. Acad.

EX IPHIGENIA.

*

Varro lib. 6. *Quid nocti videtur? in altisono*
Cœli clupeo temo superat

Stellas,

Stellas, cogens sublime etiam
Atque etiam noctis itiner.

*

*Procede: gradum proferre * pedum*
Nitere. cessas? -

Festus in *pedum.*

*

Acherontem obibo, ubi Mortis thesauri obiacent.

Idem in *ob.*

*

Otio qui nescit uti, plus negotij habet
Quàm cùm est negotium in negotio.
Nam cui quod agat institutum est; nullo negotio
Id agit. studet ibi. mentẽ atq; animũ delectat suum.
Otioso in otio, animus nescit quid velit.
Hoc idem est, neq; domi nunc nos, nec militiæ sumus.
Imus huc, hinc illuc: cùm illuc ventum est, ire illinc lubet.
Incertè errat animus. præter-propter vitam vivitur.

Gell. lib. 19. c. 10.

*

Menelaus me obiurgat: id meis rebus regimen restat.

Rufinianus de Figuris.

EX MEDEA.

*

* *Vtinam ne in nemore Pelio securibus*
Cæsa adcidisset abiegna ad terram trabes!
Néve inde navis inchoandæ exordium
Cœpisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo; quâ vecti Argivi delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Peliæ per dolum.
Nam nunquam hera errans mea, domo efferret pedẽ
Medea, animo ægra, amore sævo saucia.

* Cic. l. 1. de Invẽt. lib. 3. de Nat. Deor. lib. de Fato, lib. 1. Tusc. Varro l. 6 Auct. ad Herenn. l. 2. Prisc. lib. 7. & lib. de Versib. Com.

*

Cic. de Orat. *Quà Pontus Helles -*

*

Varro lib. 6. *Ad Hellesponti claustra -*

*

Diomed. lib. 2. *Quis tu es mulier,* † *qui me insueto nuncupasti nomine?* † *quæ* Varro.

Quis pro *Que*, & Varro lib. 5.

*

‡Cic. pro Rabir. ‡ *Si te secundo lumine hîc offendero,*
Morière. -

*

Idem Tusc. 3. *Cupido cepit miseram nunc me,* † *proloqui* † *prosequi*
Cœlo atque terræ Medeaï miserias.

*

Cic. pro Rabir. & lib. 7. ad Attic. *Animum advorte, & dicto pare. -*

*

Præter rogitatum ne querare. -

*

Varro lib. 6. & Nonius. *Adsta, atque Athenas antiquum opulentũ oppidum*
* *Contempla, & templum Cereris ad lævam adspice.*

*

Festus & Nonius. *Tencor * conspita, undique * venor.*

*

Cic. lib. 7 ad Famil. epist. 6. *Matronæ opulentæ, optumates,*
Quæ Corinthi altam arcem habetis,
Ne mihi vitio vortite, quòd absim à patriã:

Nam

Nam multi ſuam rem benè geßêre & publicam
Patriâ procul: multi, qui domi ætatem † agerent,
Propterea ſunt improbati - † egerunt,

*

- Salvete optima corpora,
* *Cette manus veſtras, measq; accipite.* Nonius.

*

Quò nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi? Cic. lib. 3.
Domum paternámne? anne ad Peliæ filias? de Orat.

*

Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nec-quicquam ſapit. Idé ibid. & 3. de Off.

*

*Sol, qui candentem in cœlo * ſublimat facem.* Nonius.

*

† *Fructus verborum auris * aucupant.* † Fluctus Idem.

*

Tu me amoris magis, quã honoris ſervaviſti gratiâ. Cic. lib. 4. Tuſc.

*

Vtinam ne unquam Medea corde cupido
Colchis pedem extuliſſes! Nonius in *efferre.*

*

Pecudi dare † viva marito. † Suſpectum. Priſc. lib. 5.

*

Neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus. Cic. Orat.

*

Charis. lib. 4. extremo.

Non memoro, quòd draconis sopivi impetum;
Non, quòd viros domavi & segetis armatæ manus.

*

Cic. lib. 3 de Nat. D.

Ille transvorsâ mente mihi hodie tradidit repagula,
Quibus ego iram omnem recludam, atque illi perniciem dabo.
Mihi mœrores, illi luctum; exitium illi, exsuliũ mihi.

EX MEDEA EXSVLE.

*

Nonius bis, iteratâ eiusd. voc. explicat.

Antiqua herilis fida custos corporis,
*Quid sic te extra ædis exanimata * eliminas?*

*

† Idẽ, & Varro lib. 5. de L. L. itẽq; Sat. Gerõtididascolo.

*† Nam ter sub armis malim vitam * cernere,*
Quàm semel modò parere. –

*

* Probus in Eclog. 6. Virgil.

** Iuppiter, tuq; adeo summe Sol,*
Qui res † omnes inspicis; † *humanas*
Quique tuo lumine
Mare, terram, ac cœlum
† Contines, ‡ inspice hoc facinus, † *Contues*, al. *Contueris.*
Priusquam fiat, prohibe scelus. ‡ *hoc facinus dispice.*

EX MEDO.

*

Varro lib. 6.

Cœlitum camilla, exspectata advenis; salve hospita.

EX † MENALIPPA.

[† Al. MENALIPPO. & MELANIPPA. rectè.]

*

*Regnumq; nostrûm ut * sospitent, * superstitenq;.* Nonius.

*

*Mihi * ausculta, nate; pueros cremari jube.* Idem.

*

† Certo hic est nulla, quin monstrum siet: † *C. h. est, nullum q.*
*Hoc ego tibi dico, & coniecturâ * auguro.* Idem.

*

Quum saxum sciſciderit. Prisc. lib. 10.

*

Statâ formâ. Gell. lib. 5. c. 11.

*

Q. Ennius in istâ quam dixi tragœdiâ (Melanippa) *eas ferè fœminas* ait *incolumi pudicitiâ esse, quæ statâ formâ forent.* Ibid.

*

Lumine sic tremulo terra & cava cærula candent. Macrob. lib. 6. c. 4.

EX NEMEA.

*

*Teneor * consipta, undique * venor.* Festus & Nonius.

*

Pecudi dare † viva marito. † Corruptum. Prisc. lib. 5.

EX PHOENICE.

*

Gell. lib. 7. c. 17. *Sed virum verâ virtute vivere animatum addecet,*
Fortiterq́; innoxium vacare advorsus adversarios.
Ea liberta'st, qui pectus purum & firmum gestitat:
Aliæ res obnoxiæ, nocte in obscurâ latent.

*

Nonius & Carif. lib. 2. *Quam tibi ex ore orationem * duriter dictis dedit.*

*

Nonius. *Ibi tum * derepente ex alto in altum despexit mare.*

*

Idem. * *Sæviter suspectionem ferre falsam, futilum est.*

*

Idem. *Ut quod factum est * futilè, † amici, nos feramus fortiter.* † *amici, vos feratis f.*

*

Idem. *Stultus est, qui cupida cupiens * cupienter cupit.*

*

- Plus miser
Idem. *Sim, si scelestim * faxim, quod dicam fore.*

EX TELAMONE.

*

Festus in *obsidio.* *Scibas natũ ingenuum Ajacẽ, cui tu obsidionem paras.*

*

Nam ita mihi Telamonis patris
Nonius. *Atque facies proavi Iovis † gratia ea est,* † *grata est,*
*Atque hoc lumen candidum * claret mihi.*

* *Ardibo,*

*

* *Audibo, atque auris tibi contrà utendas dabo.* Nonius.

*

*Strata terræ * lavere lachrumis ‡ vestem * squalam & sordidam.* ‡ *veste squalâ & sordidâ.* Idem.

*

*Deûm me ‡ incēdit facere pietas, civium * porcet pudor.* Idem.

‡ *sentit* *

*Eandem me in suspicionem sceleris * partivit pater.* Idem in *partiret.*

*

Ex eo futurum abnueant. Diomed. lib. 1.

*

Ego, cùm genui, tum morituros scivi, & ei rei sustuli.
Præterea ad Troiam cū misi ‡ ob defendēdā Græciam,
Sciebam me in mortiferū bellum, nō in epulas, mittere. Cic. Tusc. 3.

‡ *ad* *

Hiccine est Telamo ille, modò quem gloria ad cælum extulit?
Quem adspectabant? cuius ob os Graij ora obvottebant sua? Idē ibid.

*

Ad haccine igitur vitam (*Epicuro descriptam in libro De summo bono*) Telamonem illum revocabis, ut leves ægritudinem? &c. Ibid. Cic.

*

Pol mi fortuna magis nunc desit, quàm genus:
Namq; regnū suppetebat mihi; ut scias quanto è loco,
Quātis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat. Idē ibid.

Ego

*

Cic. lib. 1 de Divinat. & lib. 3. de Nat. D.

Ego Deûm genus esse, semper dixi & dicam, cœlitum:
Sed eos non curare opino quid agat humanum genus.
Nam si curent, benè bonis sit; male malis: quod
nunc abest.

*

Idem lib. 1. de Divinat.

Non habeo denique nauci Marsum augurem,
Non vicanos haruspices, non de circo astrologos,
Non Isiacos coniectores, non interpretes somniûm:
Non enim sunt ij aut scientiâ aut arte divini,
Sed superstitiosi vates, impudentesque arioli:
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat:
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam:
Quibus divitias pollicetur, ab iis drachmā ipsi petunt:
De his divitiis sibi deducant drachmā, reddant cætera.

*

Idé ibid. *Qui sui quæstus caussa fictas suscitant sententias.*

EX TELEPHO.

*

Festus & Phœdrus Fabulator.

*Palam * mutire plebeio, piaculum est.*

*

- Verùm, quorum liberi leto dati

Nonius. *Sunt in bello, non lubenter hæc * enodari audiunt.*

*

Idem. *Et * civitatem video Argivûm incendier.*

*

Idem. *Deûmque de consilio hoc * itiner credo conatum modò.*

Teipsum

*

Teipſum hoc oportet profiteri, & proloqui Adworſum illam mihi. Nonius.

*

*Qui illum Dii Deæq; magno * mactaſſint malo.* Idem.

*

*Cedo, & caveo conveſtitus ſqualidâ ſeptus * ſtolâ.* Idem.

*

Regnum reliqui ſeptus mendici ſtolâ. Ibid.

EX THYESTE.

*

Adſpice hoc
Sublime candens, quem † invocant omnes Iovem. Apul. & Feſt. in *ſublime.*
* † *vocant.*

** Sed me Apollo ipſe * delectat, ductat Delphicus.* Cic. de Nat. D. lib. 2. * Non.

*

Quam mihi maximè hic hodie contigerit malum. Idem in *contingere.*

*

*Heu mea fortuna, ut omnia in me * cōglomeras mala!* Idem.

*

*Impetrē facilè ab animo, ut * cernat vitalem Babium.* Idem.

*

*Sin * flaccebunt conditiones, repudiato, & reddito.* Idem.

*

Sed ſonitus auris meas pedum pulſu increpat. Idem in *crepare.*

Ibi

*

Nonius. *Ibi quid agat, ſecum cogitat, parat, putat.*

*

Cic. de Orat. *Quemnam te eſſe dicam? qui tardâ in ſenectute.*

*

Idem 1. Tuſc. *Ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis eviſceratus,*
Latere pendens, ſaxa ſpargens tabo, ſanie, & ſanguine atro.

*

Ibid. *Neq; ſepulchrũ quo ſe recipiat, habeat portũ corporis,*
Vbi remiſſâ humanâ vitâ corpus requieſcat à malis.

*

Idem Tuſc. 3. *Nolite hoſpites adire ad me, illico iſtic*
Ne contagio mea bonis umbráve obſit;
Tanta vis ſceleris meo in corpore hæret.

INCERTA Q. ENNII FRAGMENTA.

*

Varro lib.4. de L L. † *O terra trita, ubi Liberi fanũ in cuius muro locavi.*

† *O terra tritavi, in cuius mœro Liberi Fanum locavi.* - emendat Scaliger.

*

Eodem. *Cœli ingentes fornices.*

*

Eod. *Cubitis* ‡ *pinſebant humum.* ‡ *pinſunt*

*

Idẽ lib.6. *Extemplo acceptum me necato, & filium.*

*

Ut tibi Titanis Trivia dederit stirpem liberûm. Eod.

*

Atque priùs pariet locusta Lucam bovem. Eod.

*

‡ *Quid inde invictis sumpserunt perduellibus.* Eod.
‡ *Vindictam victis s. p.*

*

Andromachæ nomen qui indidit, rectè indidit. Eod.

*

Quapropter Parim pastores nunc Alexandrũ vocant. Eod.

*

Ea ‡ Thelis illi mater. ‡ Id est, *Thetis.* Eod.

*

Si voles advertere animum, comiter monstrabitur. Eod.

*

Hehe, ipse clupeus cecidit. Eod.

*

Vocibus concide: fac siet obrutus. Eod.

*

Quoniam in balineis *lavor, lavatus sum* sequitur, ut contra, quoniam est *soleo,* oportet dici *solui*, ut Cato & Ennius scribunt; non, ut dicit volgus, *solitus sum.* Idem lib. 8.

*

*Crassa pulvis oritur, omnem pervolat cœli * fretum.* Nonius.

*

Cupido cepit miseram nunc me proloqui
Cœlo atque terræ Medeaï miserias. Cic. lib. 3. Tusc.

Nimium

*

Cic. lib. 2 de Fin. *Nimium boni est, cui nihil est mali.*

*

Idē lib. 1. de Off. & Festus. * *Salmaci da spolia sine sudore & sanguine.*

*

Idē lib. 4. Tusc. *Tū pavor mihi sapientiam omnē ex animo expectorat.*

*

Eod. *Flagitij principium est, nudare inter cives corpora.*

*

Idē lib. 1. de Off. *Homo qui erranti comiter monstrat viam,*
Quasi de suo lumine lumen accendat, facit;
Nihilominus ipsi lucet, cùm illi accenderit.

*

Nulla sanctas societas, nec fides regni est.

*

Idē lib. 2. de Off. *Quē metuunt, oderunt: quē quisq; odit, perisse expetit.*

*

Eod. *Benefacta malè locata, malefacta arbitror.*

*

Eod. *O fides alma, apta pennis, & jusiurandum Iovis.*

*

Idē lib. de Amicit. *Amicus certus in re incertâ cernitur.*

*

Idē lib. 1. de Orat. *Suarum rerum incerti; quos ego meâ ope ex*
Incertis certos, compotesq; consilij

Dimitto,

Dimitto, ut ne res temerè tractent turbidas.

*

Refugiat timido sanguen, atque exalbescat metus. Cic. lib. 4 de Fin. & Prisc. l. 6.

*

Ego deûm genus, semper esse dixi & dicam, cœlitum;
Sed eos non curare, opinor, quid agat humanum genus. Idē lib. 2. de Divinat.

*

Nam si curent, benè bonis sit; malè malis: quod nunc abest. Idē lib. 3. de Nat. D.

*

Non habeo denique nauci Marsum augurem, Idem lib. 1. de Divinat.
Non vicanos haruspices, non de circo astrologos,
Non Isiacos coniectores, non interpretes somniûm:
Non enim sunt ij aut arte divini, aut scientiâ;
Sed superstitiosi vates, impudentesque arioli,
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat:
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam:
Quibus divitias pollicentur, ab his drachmam petunt:
De his divitiis sibi deducāt drachmā, reddant cætera.

*

Qui sui quæstûs caußâ fictas suscitant sententias. Idē ibid. paulo ante.

Videtur inter sextum & septimum interiiciendus iste versus.

*

Induta fuit sævâ stolâ. Servius in 1. Æneid.

*

‡ *Imprimitq; genæ genam.* ‡Idē in 6. Æneid.

*

Cui quod in me est, exsecrabor hoc quod lucet, quicquid est. Cic. in Orat.

*

Cic. de Nat. D. lib. 2. *Cœli palatum.*

*

- Eo ego ingenio

Gell. lib. 19. c. 8. & Nonius. *Natus sum, amicitiam atque* inimicitiam in frontem promptam gero.*

Achilles, vel Neoptolemus.

*

Carisſ. lib. 1. *Tibi vita, ſeu mors, in mundo eſt.*

*

- Tibicina

Varro lib. 6. *Maxumo labore mugit. -*

*

Eod. † *Decem coclites, quos montibus ſummis ripis ſedere.*

† Monſtra verborum. *

Eod. † *Subulo finitimas propter aſtabat aquas.* † αὐλητής.

vel:

Feſtus. *Subulo quondam marinas propter aſtabat plagas.*

*

Idem. *Vivam, an moriar, nulla in me eſt * metus.*

*

Idem. *Habet is coronam * vitulans victoriâ.*

*

Idem. * *Topper quam nemo meliùs ſcit.*

*

Idẽ ibid. *Topper* valet *fortaſſe* in Ennij & Pacuvij ſcriptis.

Apud

*

*Apud † emporium in campo hostium pro * mœne.* Festus.

† Suspectum. *

Purrum semper Ennius, nunquam *Pyrrhum :*

*

‡ *Vi patefecerunt Fruges,* non *Phryges,* ‡ *Vt* ipsius antiqui declarant libri. Cic. in Orat.

*

Et quis illhæc est, quæ lugubri succincta est stolâ? Nonius in *Quis.* al. *quisquis.*

*

‡ *Labat, labuntur saxa, * cœmenta cadunt.* ‡ Idem.

*

*Ipsius ad * armentas † eosdem.* † Suspectum. Idem : &

*

Invenies feminine *armentas* apud Ennium. Festus in *armentū.*

*

An aliquid quod dono illi † morares : sed accipite. Diomed. lib. 1.

* † *morare.*

Eos deduci quàm relinqui, evehi quàm deseri malo. Idem lib. 2.

*

Nec retrahi potestur imperiis. Idẽ lib. 1.

*

- Ut vos vestri liberi
Defendant, pro vestrâ vitâ morti occumbant. Servius Fuldanus in 2 Æneid.

*

- Parentem & patriam Dij
Servate * *sospitem. -* Festus.

*

Festus. * *Remorbescat.*

*

Varro lib. 4. de L. L. - *Genibus* † *pinsibant humum.* † F. *pinsunt h.*

*

Diomed. lib. 1. *In lustris sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.*

*

Idẽ ibid. *In lustris nos quiescere æquum est, novimus ambo Vlyssem.*

*

Gell. lib. 5. c. 15. & 16. *Philosophandũ est paucis: nam omnino haud placet.*

Neoptolemi apud Ennium verba.

*

Isiodor. lib. 11. Orig. c. 1. *Atque genua comprimit artâ genâ.*

*

Servius in 12. Æneid. *Hic torris.* nam illud Ennij & Pacuvij penitus de usu recessit, ut *hic torrus, huius torri* dicamus.

EX IPHIGENIA,

suo loco reponendum.

*

Servius Fuldanus in 1. Æneid. *Quæ nunc abs te viduæ & vastæ virgines sunt.*

EX PHOENICE,

uti videtur.

*

Nonius. *Tum tu isti crede, atq; exerce linguã ut * argutarier Possis.* -

Verba Pelei ad filium Achillem, cũ is traditus Phœnici.

EX

EX SCIPIONE

(quod pace Criticorum liceat) adiiciantur & iſta: non quòd Tragœdiam arbitremur, nec cum Delrione quidem Prætextam; ſed ſingulare potiùs, de laudibus & rebus geſtis Scipionis Africani, opus. *Lege hîc utiliter Hieronymum Columnã.*

*

Mundus cœli vaſtus conſtitit ſilentio; Macrob. lib.6. c.2.
Et Neptunus ſævus undis aſperis pauſam dedit;
† Sol equis iter repreſſit ungulis volantibus;
Conſtitêre amnes perennes; arbores vento vacant.

† *Sol equos quater r.*

*

Sparſis haſtis longis campus ſplendet & horret. Idē lib.6. c. 4.

*

Qui propter Hannibâlis copias conſiderant. Gell. lib. 4. c. 7.

Iis adſtruit præterea paucula Hieronymus Columna; & plura fortaſſis aliunde eruenda.

*

Deſine Roma tuos hoſtes - Cic.lib.3. de Orat. & lib. 1. de Fin.
** Namque tibi monumenta mei peperêre laborès:* * Idem ibid.
‡ Teſtes ſunt campi magni. - ‡ Idem lib.3. de Orat.

‡ Idem fragmentum fortè, quod adfertur ex Ennio, lib. III Satyr.

- Teſtes ſunt
Lati campi, quos gerit Africa terra politos.

*

Scipio invicte - Cic. Orat.

*

Trebellius Pollio in Claudio.

Quantam statuam faciet populus Romanus,
Quantam columnam, quæ res tuas gestas loquatur.

*

Val. Maximus lib. VII. cap. XXX.
De Scipione.

Vir Homerico quàm rudi & impolito Ennij præconio dignior.

Horatius Carm. lib. IV. Od. VIII.

- Non celeris fugæ,
Reiectæq; retrorsus Hannibalis minæ,
Non incendia Carthaginis impiæ,
Eius qui domitâ nomen ab Africâ
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quàm Calabræ Pierides. -

Idem Serm. lib. II. Satyr. I.

Attamen & iustum poteras & scribere fortem
Scipiadem, ut sapiens Lucilius -

Vbi antiquus Scholiastes: *Si non potes gesta Cæsaris scribere, at potes iustitiam & fortitudinem; ut Lucilius Scipionis fecit. qui vitam eius privatam descripsit; Ennius verò bella.*

*

Notandus præ cæteris Æliani locus apud Suidam.

Ἔννιος Ῥωμαῖος ποιητής. ὃν Αἰλιανὸς, &c.

CN. NÆVII
Fragmenta.

EX ÆGISTHO.

*

*Tum autem lascivum Nerei simum * pecus*
*Ludens ad cantum classum * lustratur.*

Nonius in *pecus* Livio tribuit: in *lustrare* Nævio. Sed Ms. Livio.

Scaliger in Coniectaneis Varronianis, his fragmentum aliud coniungit, & omnia ex Ægistho Nævij putat, hoc modo:

- Tum autem lascivum Nerei simum pecus
Ludens ad cantum classium lustratur : ‡ sirenes citis
*Delphino iunctis vehiculis, * hippocampisque asperis.*

‡ Citat postrema isthæc Nonius in *Hippocampi* : sed loco mirificè distorto, & Nævij nomine obliterato.

EX ALCESTIDE.

*

*Corpore pectoreq; undique * obeso,*
Ac mente exsensâ, † tardigemulo
Senio oppressum. -

† *tardigenulo*

Nonius. & Gell. lib. 19. c. 7.

*

* *Oblitera gens.* * *Fœdifragi.* * *Aurora pudicolor.* * *Memnon nocticolor.* * *Fortè, dubitanter.* * *Loca silenta : pulverulenta : pestilenta.* * *Carendum tui est.* * *Magno impete.* * *Fortescere.* * *Dolentia.* * *Avens* pro *libens.* * *Curis intolerantibus.* * *Manciolis tenellis.* * *Quis tam siliceo?* * *Fuêre impendiò.* * *Accipitret.* * *Trisæclisenex, dulcioriloquus Nestor.* * *Multigrumis fluctibus.* * *Tegmine onychino flumina.* * *Subducti supercilij carptores.*

Ibid. Gell.

*

Varro lib. 6. ‡ *Velata frondenteis comas.* ‡ *Velatas* & *Velatus.*

EX DANAE.

*

Nonius. *Eam nunc esse inventam* † *opprobriis* * *compotẽ scis.*
† *probri*

*

Idem. *Excidit orationis omnis* * *confidentia.*

*

Idem, * *Desubitò* * *famam tollunt, si quam solam vidêre in viâ.*

*

Idem in *exigere.* *Indignè exigor patriâ innocens.*

*

Idem. † *Quem quondam fulmine* * *icit Iuppiter.* † *Quæ*

*

Idem in *lavit.* ‡ *Animi jubeo fonte lavere nemini manũ.* ‡ Suspectũ.

*

Idem, *Etiam* * *minitas? mitte ea, quæ tua sunt magis, quàm mea.*

*

Idem. * *Manubias suppetat pro me.*

*

Idem. *Quia ut quisque est meritus, præsens* * *pretium pro factis ferat,*

* *Contem-*

*

* *Contemplo placidè formam & faciem virginis.* Nonius.

*

*Omnes formidant † hominis eius * valētiam.* † *homines* Idem.

*

*Suo ſonitu claro * fulgurivit Iuppiter.* Idem.

EX DVLORESTE.

*

Caperatâ fronte. Varro lib.6. ſub fin.

EX EQVO TROIANO.

*

Numquam hodie effugies, quin meâ manu
Moriare. - Macrob. lib.6. c.1.

EX HECTORE.

*

- *Lætus ſum*
Laudari me abs te, pater, laudato viro. Cic. Tuſc. 4. itē lib. 5. Famil. epiſt.12.& l. 15. e.6.

*

Proficiſcente tunc ipſos adoriant, ne quis hinc Spartam referat nuncium. Priſc. lib. 8.

EX HESIONA.

*

Gell. lib. 10. c. 25. *Sine mihi gerere morem videar haud linguâ, verùm lingulâ.*

*

Varro lib. 6. Multa apud Poetas reliqua esse verba, quorum origines possunt dici, non dubito; ut apud Nævium in Hesiona, *Enimvero gladij lingua*; à lingua, &c.

EX IPHIGENIA.

*

Nonius in *passum.* *Passo ‡ vel hoc vicinũ aquilone hortũ fer foras.* ‡ *velo*

EX LYCVRGO.

*

Nonius. *Compositũ hoc fragmentum ex quatuor diversis locis.*

Vos, qui regalis corporis custodias
Agitis, ite actutum in frundiferos lucos; ubi
* *Ingenio arbusta nata sunt, non obsita.*
*Ducite eò cum argutis linguis * mutas quadrupedes:*
‡ *Alij sublimè alios saltus * illicite, ubi* ‡ Suspectum.
Bipedes volucres lino linquant lumina.
Vt in venatu vitulantes ex ‡ aviis* ‡ *suis*
**Locis nos mittãt ‡ pennis decoratos feris.* **Lucis* ‡ *Pœnis*

*

Idem. *Longè lateq; trans nostros * fervere.*

*

Idem. ‡ *Tuos qui celsos terminos tutant.* ‡ *Tuosque c.*

* *Ignota*

*

* *Ignotæ * iteris ſumus, tute ſcis.* Nonius, & Priſc. lib. 6.

*

- Oderunt Dij homines iniurios :
Egóne an ille iniuriè facimus ? Idē Non. in *iniuriè.*

*

Sed quaſi amnis cis rapit, ſed tamē ‡ inflexa flectitur.* Idem.

‡ Membranæ, *inflexu.* ſcribe, *in flexu:* & *amnis rapida,* pro *amnis cis rapit.*

*

Iam Solis æſtu candor cùm liqueſceret. Idem in *liquidum.*

*

Pallis, patagiis, crocotis, ‡ malatiis, mortualibus. Idem in *caltula & crocotula.*

‡ Al. *malaciis mortalibus.* al. *manicis.*

*

‡ *Quàq; incedunt, omnis arvas obterunt.* ‡ *Quacunque* Idem in *arva & arvæ.*

Hîc in Nonio legitur, *Nævius Lycurgo lib. 11. Quaque,* &c. Mendum manifeſtum. non enim duo libri unius Fabulæ. Scribe cum Mercero, *Liberi quaqua inc.*

*

Pergite thyrſigeræ Bacchæ modò
*Bacchico cum * ſchemate. -* Idem.

*

‡ *Proin Dryante regem prognatum patre*
*Lycurgum * cette.* Idem.

‡ Ita diviné Iunius, ex illis vulgatis: *Pro induſtriâ ne te regem,* &c.

Sine

*

Nonius. *Sine ferro pecua manibus ut ad mortem meant.*

*

Idem. *Altè † jugatos * angues ‡ in sese gerunt.* † Al. *iubatos* ‡ *in sinu.*

*

Idem. - *Cave, sis, tuam*
* *Contendas iram contra cum irâ Liberi.*

*

Idem. † *Suave summum * melos.* † *Suavisonum* emendant. Quid si? *Suavissimum m.*

*

Idem. *Næ ille mei † feri ingenij atque animi acrem * acrimoniam.* † F. *fert.* verbum enim desideratur.

*

Idem in *vapor & timor.* *Iam ibi nos duplicat advenientis timos,*
Vaposque. -

*

Idem in *fimbriæ.* *Vt videam Volcani operâ, hæc ‡ flammis fieri flora.* ‡ *fimbriis*

*

Idem in *potior illã rem.* *Dic quo pacto cum potiti, pugnâ an dolis?*

*

Idẽ Cap. *de generibus vasorũ.* *Nam ut ludere lætantes inter se vidimus*
Propter amnem, † creterris sumere aquam † *crateris*
Ex ‡ ponte. - ‡ *fonte.*

*

Festus. *Vos, qui adstatis * obstinati.*

EX PHOENISSIS.

*

Sume arma, jam te occidam clavâ ſcirpeâ. Feſtus in *ſcirpus.* Sèd ibi vulgò Nonius, non Nævius.

EX PROTESILAODAMIA.

[Ita reſtituimus,& ſuperflua in exemplis reſcidimus.]

*

* *Gracilentis colorem* †, *dum ex hoc gracilens fit.* Nonius.

† Locus mendoſus. Delrio: *Gracilentis colorem.* Idem: *Orco gracilens exiit.*

*

‡ *Eunt, irruunt, cachinnos, joca, dicta riſitantis.* Idem.

‡ *Cuncti irrunt cachinnis, i. d. riſitant.*

*

Complexa ſomno corpora operiuntur, ac ſuavi * *quie dicantur.* Priſc. lib. 6.

EX INCERTIS EIVSDEM TRAGOEDIIS;

Quædam fortè ex Atellanis: ut & in ſuperioribus ſunt quæ ſocci potiùs quàm cothurni videantur: Nonnulla etiam non huius, ſed alterius Auctoris.

*

Magni * *metus tumultus pectora poſſidet.* Nonius.

*

Liberâ linguâ loquemur ludis * *Liberalibus.* Feſtus.

Dictator

*

Varro lib. 4. Al. *Ennius.* — *Dictator ubi currũ insidit, pervehitur usq; ad oppidũ.*

*

Idẽ lib. 6. — ‡ *Hoc ubi æthrâ cærulâ septum stat hæmisphærium.*

‡ Ita Scaliger. Sed mendis scatet hic Varronis locus. Vide Notas.

*

Eod. — *Risi egomet casabundum ire ebrium.*

*

Eod. — *Diabathra in pedibus habebat, & erat amictus epicroco.*

*

Eod. — *Eccum venire video fermè iniuria.*

*

Eod. — Nævius *Iovem patrem* * *suum optimum* appellat ‡ *supremum.* * *summum,* ‡ & *supremum.*

*

Festus. — *Neminem vidi, qui* * *numerò sciret,* ‡ *quique scit id est opus.* ‡ *quod citò est opus.* vel, *quod scitu est o.*

*

Idem in *partus.* ubi al. *Ennius.* — *Malè parta, malè dilabuntur.*

*

Idem. — *Simul alius aliunde* * *rumitãt* † *inter se.* † *rumigerãtur.*

*

Idem. — *Capesset flammam Volcani* * *topper* †. † Id est, *citius.*

*

Idẽ ibid. — *Namq;* † *nullum peius macerat humanum,*
Quamde mare sævũ. vires cui sunt magnæ,
Topper confringent importunæ undæ.

† *neillum,* id est, *nihilum.*

Scapos

*

*Scapos atque verbenas * ſagmina ſumpſerunt.* Feſtus.

*

*Ius ſacratum Iovis jurandum * ſagmine.* Idem.

*

*Odi * ſummiſſos, proinde dice apertè quid ſiet* Idem.
Quod times. -

*

* *Piſatilem* appellat Nævius Pantaleontem è Piſis oriundum tyrannum. Idem.

*

Mare interbibere. Iſidor. Orig. lib. 5. c. 26.

*

Trionem hic moderatur ruſticus. Idẽ lib. 12. c. 1.

*

Struix malorum. Servius P. Danielis Æneid. 4.

*

† - *Lætus ſum*
Laudari me abs te, pater, laudato viro. † Cic. Tuſc. 4. lib. 5. Famil. epiſt. 12. & lib. 15. ep. 6.

*

‡ *Hectore proficiſcente, tunc ipſos adoriant, ne quis hanc Spartam ferat nuncium.* ‡ Priſc. lib. 8.

*

* *Hac quà Sol vagus igneas habenas*
Immittit propiùs, jugatq́ terræ. * Macrob. lib. 1. cap. 18.

*

Cùm tu arcitenens ſagittis pollens Dea, Idẽ lib. 6. cap. 1.

Vos

*

Vos qui accolitis Histrum fluvium, atque Algidum.

Cic. in Orat. Et ibidem:

*

Quam nunquam vobis Graii, atque Barbari.

*

Varro lib. 6. *Atque prius pariet locusta Lucam bovem.*

Turnebus *Ennio* abiudicat & *Nævio* tribuit, fide vetusti Codicis.

*

Isidor. Orig. lib. 14. c. 8. *Confrages* loca in quæ undique venti currunt, ac saxa franguntur. ut Nævius ait:

In montes ubi venti frangebant locum.

*

Mar. Victorinus lib. 1. Nævius & Livius cùm longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebant; præterquam quæ in *I* literam inciderant: hanc enim per *E* & *I* scribebant, &c. Vide Livij Andronici Fragmenta.

M. PA-

M. PACVVII
Fragmenta.

EX ANCHISE.

*

† *In promontorium, cuius linguā in altū proiicit.* † *Id* Gell. lib 4. c. 17.

EX ANTIOPA.

*

*Salvete gemini, mea * propages ſanguinis.* Nonius, & in *propago.*

*

* *Frendere ‡ noctes miſera quas perpeſſa ſum.* Idem.

‡ Al. *noctem, miſerias quas perpeſſarunt.*

*

Fruges frendo ſolas, ac ſic probo † re. † *ore.* Ibidem.

*

*Nónne hinc vos properè ſtabulis * amolimini?* Idem.

*

*Sed ‡ cùm animum * attendo, ad quærendū quid ſiet.* Idem.

‡ Al. *cum animo attendi,*

*

* *Minitabiliterq́, increpare dictis ſævis incipit.* Idem.

*

*Flammeo vapore * torrens terræ fetum exuſſerit.* Feſtus, & Iſidor. l. 13. c. 21.

*

Diomed. lib. 1. *Loca † arida initas.* † Al. *horrida i.*

*

Caris. lib. 1. *Perdita inluvie atque insomniâ.*

*

Servius 12. Æneid. *Cervicum floros dispargite crines.*

EX ARMORVM IVDICIO.

*

Nonius in *causari* & in *cernere.* *Qui sese adfines esse ad causandum volunt,*
De virtute iis ego cernundi do potestatem omnibus.

*

Idem in *attolere.* *Pro imperio agendum est. quis vetat, quisve attollat?*

*

Idem. *Quod ego * inaudivi, accipite; & , quid facto opus, decernite.*

*

Idem. *- Et aequum est & rectum quod postulas;*
*Iurati * cernant. -*

*

Idem. *Dic, quid faciam; quod me * moneris, effectum † da.*
† *dabo.*

*

Idem in *vesci.* *Qui viget, vescatur armis; ut percipiat praemium.*

*

Idem. *An quis est, qui te esse dignum, quicum certetur, putet?*

- Prologo

*

- ‡ *Prologo* ‡ F. *pro logo*, vel *pro ioco* Nonius.
Nunc * *pœnitebunt, libant liberi grato ex loco.*
‡ Suſpectus de mendo locus.

*

Nam canis quando eſt percuſſa lapide, non tam illum appetit Idem.
Qui ſe * *icit, quàm illum* † *eum ipſum lapidem, quo ipſa icta eſt, petit.* † F. *eumpſe*

*

Si non eſt ingratum * *reapſe, quod feci benè.* Feſtus.

*

Tu te deſidere mavis reſidem, nos hîc eſſe in labore. Idem.

*

Feroci ingenio * *torvus, prægrandi gradu.* Idem.

*

Quum recordor eius ferocẽ & torvam confidentiam. Ibid.

*

Seq́; ad ludos jam inde abhinc exerceant. Cariſ. lib. 2.

*

Men' ſervaſſe, ut eſſent qui me perderent! Sueton. in Iul. Cæſ. c. 84.

*

Quod ſequitur, videtur huc pertinere.
Nihil'ne ad te de judicio armorum accidit. Cic. in Orat.

EX ATALANTA.

*

Nonius in *potior illam rem,* *Regi ut memorabis, nunc regnum potitur transmissu patris.*

*

Idem. *Dubito quam insistam viam, aut quod primordium Capissam ad * stirpem † exquirendum.*
† Scripti, *exquirente,* & *exquirentem.*

*

Idem. ‡ *Grandem atque atrocem † coërce * confidentiam.*
‡ Al. *Gradere,* † Al. *coërcere.*

*

Idem. *Nam quod conabar, quum interventum est, dicere Nunc * expedibo.*

*

Idem. *Habeo ego istã qui distinguã inter vos * geminitudinẽ.*

*

Idẽ ex edit. Merceri, de integriore exemplari ms. *Quas * famulitas, vis, egestas, fama, formido, pavor.*

*

* Idem. ** Mortẽ † ostentant, regno expellunt, consanguineam Esse * abdicant.* - † *intentant, r. e. consanguineam ne e. a.*

*

Idẽ Cap. *de numeris & casibus.* *Parentũm incertũm investigandũm gratiâ.*

*

Idem. *Omnes, qui, tanquam nos, sub regno serviunt, * Callent ‡ domi cum imperio metuere.*
‡ Al. *domitum.* Scal. *dominum.*

*

Idem. *Nil sollicita studio, obstupida suspẽso animo * civitas.*

Ubi

*

Ubi ego me gravidam ſentio aggraveſcere
*Propinquitate * parti.* *Id eſt, *partus.* Nonius.

*

*Dolet pigetque magis magiſque me conatum hoc nequicquam * itiner.* Idem.

*

*Quæ ægritudo * inſolens mentem attentat tuam?* Idem.

*

*Super ſatis agere, ut ne in mare animum * occupes.* Idem.

*

*Magna te, ut vereor, eloqui * porcet pudor.* Idem.

*

*Quid iſthuc eſt: vultum alligat quæ * triſtitas?* Idem.

*

Quum incultos perveſtigans inrimarer ſinus. Idem in *rimari.*

*

*Conſentire ac diſſentire partem da curſum * æquiter.* Idem.

*

*- Is veſtrorũ uter ſit, cui ſignum datum eſt, * cette.* Idem.

*

Extremum intra † canterem (mſſ. *canterem*) *ipſum * prægradat ‡ Parthenoreum.*
† *carcerem*, aut *campterem.* ‡ Al. *prægreditur.* Idem. Libri ſcripti ex *Tãtalo,* non *Atalanta.*

*

*Et † ſi metuo picta de * plagâ pallam.* † F. *ſimitu* Idem.

 Tripli-

*

Festus. *Triplicem virili * sexu partum procreat.*

*

Idem. *Suspensum in lævo brachio ostendo * ungulum.*

*

His ex coniecturâ adiecit Delrio:

Varro lib. 6. *Calydonia altrix terra exuberantium virûm.*

EX CHRYSE.

*

Nonius, & Varro lib. 6. *Dij * monerint meliora, atq; amẽtiam averruncassint.*

*

Varro lib. 4. & Cic. lib. 1. & 2. de Divinat.

Hoc vide circum supraque, quod complexu continet
Terrã; id quod nostri Cælum memorant, Graïi perhibent Æthera.
Quicquid est hoc, omnia is animat, format, auget, alit, ferat,
Sepelit, recipitq; in sese omnia; omniumq; idẽ est pater:
Indidemque eadem, quæ oriuntur, deintegro æquè eodem occidunt.

*

Cic. lib. 1. de Divinat. & Nonius.

Nam istis, qui linguam avium intelligunt,
Plusque ex alieno jecore sapiunt, quàm ex suo,
*Magis audiendum, quàm * auscultandum censeo.*

*

Cic. in Orat.

Cives antiqui, amici maiorum meûm,
Consiliûm socij, auguriûm atque extûm interpretes.

*

Eod. *Post quam prodigiûm horriferûm, portentûm pavor.*

Est

*

*Est ibi sub eo saxo penitus strata arena ingẽs * specus,* Festus.
*Solis quæ exortu capessit candorem, occasu * nigret.* Nonius.
Illud incipio saxum tentans escendere verticem Idem.
*In summũ, deinde in omnis partis prospectũ * aucupo.*

*

- *Fugimus qui arte hac vescimur.* Idem in *vesci.*

*

-* *Adiutamini & defendite.* Idem, & Donatus Prolog. Adelph.

*

*Propemodũ animus cõiecturâ de errore eius * augurat.* Nonius.

*

*Sed cesso inimicitiam * integrare.* Idem.

*

Atque ut promeruit pater, mihi patriam populavit meam. Idem in *populare.*

*

- *Intereà loci* Idem.
* *Flucti flaccescunt, silescunt venti, mollitur mare.*

*

* *Æsti fortè exarido.* Idem.

*

† *Inveni * opino esse optumum, Orestes ut heres sit, sed tamen.* Idem. † Locus profligatissimè corruptus.

*

- *Perque nostram egregiam* Idem.
*Unanimitatem, quam * memoria * deiugat.*

*

Nonius. *Si qua * poteſtur inveſtigari via.*

*

Idem. *Atque eccos, unde * certiſſent.*

*

Idem, & Varro lib. 4. *Mater eſt terra, ea parit corpus, animam æther * adiugat.*

*

Priſc. lib. 6. *Oſſum inhumatum, æſtuoſam auram.*

*

Nonius ex Chryſe. Sed Feſtus, non adiecto operis titulo.

- Promerendæ gratiæ;
Simul cùm videam Graïos nil mediocriter
** Redantruare, opibuſque ſummis perſequi.*

EX DVLORESTE.

*

Nonius. *Hiccine hic eſt, quæ † famæ gratia ante omneis * nobilitat viros?* † *formæ*

Feſtus. *Amplius; rubicũdo colore, & * ſpectu protervo, ferox,*
‡ Varro lib. 6. *‡ Caperatâ fronte?*

*

- Hymenæum fremunt
Nonius in *ſonit.* *Æquales: aula reſonit crepitu muſico.*

*

Idem. *Nam te in ‡ tenebris ſæpè lacerabo fame*
*Clauſum, & fatigans artus * torto diſtraham.*

‡Scaliger, *tenebricâ ſæpe.* Ita & Mercerus.

* *Macte*

*

** Macte esto virtute, operaque, omenque approbo.* Nonius.

*

*Gnatam despondit, nuptiis hanc dat * diem.* Idem.

*

- Quid? quondam & mihi Idem.
** Piget paternum nomen, maternum * pudet*
Profari. -

*

Primum hoc abs te oro, nimis inexorabilem Idem.
*Faxis, ne turpassis * vanitudine ætatem tuam.*

*

*Ubi illic est? me miseram, quam clamor * eliminat.* Idem.

*

Nil coniectura quivi interpretarier, Idem.
*Quorsum † flexivicè * contenderet.* F. *flexâ viâ c.* Al. *flexâ cervice tum c.*

*

Nonne officium fungar vulgi, atque ægrè malefactum feram? Idē Cap. *de numeris & casibus.*

*

Responsa explanat; mandat ne ‡ mater suat ‡ *matri suam.* Idem in
Cognoscendi unquam aut contuendi copia.

*

*Non vetet animum ægritudine in re * creperâ confici.* Idem.

*

Vel cùm illum videas sollicitum orbitudine. Idem.

*

Nonius. *Delphos venum pecus ‡ secundæ abstabula ac * itiner contuli.* ‡ Al. *ecunde.* l. *egi, unde ad stabula.*

*

Idem. - † *Is quis est?* † Al. *Vlysses est, quem*
‡ *Qui tunc si tu illum* * *occupas, leto dabis.* ‡ *Qui te, ni tu i. o. l. dabit.*

*

Idem. *Nec * grandiri frugum fetum posse, nec * mitescere.*

*

Idem. *Oro mi, ne flectas fandi mî * prolixitudinem.*

*

Idem. *Unde exoritur? quo præsidio fretus? auxiliis quibus?*
*Quo consilio * consternatur? quâ vi? cuius copiis?*

*

Cic. lib. 3. de Orat. & lib. 1. de Divinat.
Interea propè jam occidente sole inhorrescit mare,
Tenebræ conduplicantur, noctisque & nimbûm occæcat nigror:
Flamma inter nubes coruscat, cœlũ tonitru cõtremit:
Grando mista imbri largifluo subita turbine præcipitans cadit:
Vndiq; omnes venti erumpunt, sævi exsistũt turbines,
Fervet æstu pelagus. -

*

Nonius. *Quidnam autem hoc * soniti est, quòd strident fores?*

*

Idem. *Si quis hac me oratione * incilet, quid respondeam?*

*

Idem. *Utinam nunc * matrescam ingenio, ut meum patrem*
Ulcisci queam. -

† *Heu,*

*

† *Heu, non tyrannûm novi *temeritudinem?* Nonius.
† Vulgò, *Egon'* Mss. *Euno.*

*

Me calvitur suspicio: hoc est illud, quod fore* Idem.
Occultè ‡ Aiax prædixit. ‡ ll. scripti, *Oeax*, rectè.

*

*Aut hic est, aut hîc adfore actutum, * autumo.* Idem.

*

Illum quæro, qui adjutatur.* Idem.

*

Vt si ita sunt promerita vestra, æquiperare ut queam, Idem in
† *Vereor, si nunquã fatiscar facere quod quibo boni.* *fatiscere*, & in *fatiscuntur.*
† F. *Peream, si unquam f. f.*

*

*Nunc † ne illum exspectes, quando amico * amiciter* Idem.
Fecisti - † F. *neillum*, id est, *nihilum.*

*

Ex Duloreste arbitratur Scaliger sequentia.
Si Priamus adesset, & ipse eius commiseresceret. Servius in II Æneid.

*

‡ *Allicui in Ægæo freto.* ‡ Antiquè pro *Allexi.* Varro lib. 6.

*

Fermè aderant æquore in alto ratibus repentibus. Eod.

EX HERMIONA.

*

Regni alieni cupiditas pellexit. Varro lib. 5.

Fortu-

*

Auct. ad Heren. lib. 2. *Fortunam insanam esse, & cœcam, & brutam perhibent Philosophi.*
Saxóque instare eam globoso prædicant volubilem;
Ideo quò saxum fors impulerit, cadere Fortunam autumant.
Cœcam ob eam rem esse memorant; quia nihil cernat, quò sese applicet. (*stabilisque sit.*
Insanam autem illam aiunt; quia atrox, incerta, in-
Brutam autem; quia dignum atque indignum nequeat internoscere.
Sunt autem & alij Philosophi, qui contrà Fortunam negent
Esse ullã, sed temeritate omnia autumẽt regi. Id magis
Verisimile aiunt; quod usus reapse experiundo edocet.
Velut hic Orestes modò fuit Rex, modò mendicus factus est.
Naufragio res hæc contigit. nempe ergo haud Fortuna obtigit.

*

Prisc. lib. 10. *In turba Oresti cognita, agnota est soror.*

*

Nonius. *Quantamque ex * discordiate cladẽ importẽ familiæ.*

*

Idem in *amolimini.* *Non tu te hinc è conspectu amolire?*

*

Idẽ Cap. *de num. & cas. b.* *Tyndareo fieri contumeliam, cuius à te veretur maximè.*

*

Idem in *aptam.* *Quod ego in acie celebro obiectans vitam, bellando aptus sum.*

* Lamen-

*

* *Lamentas, fletus facere compendi licet.* Nonius.

*

*Et obnoxium esse, aut * brutum, aut elinguem putes.* Idem.

*

- Prius data est, Idem in
Quàm tibi dare dicta, aut quã reditum est Pergamo. *dicere.*

*

* *Concorditatem † hospitio adiunctam perpetem* Idem.
Probitatem conservetis. - † F. *auspiciò aditam*
‡ Delr. *Probitate. Comitatem,* Merc. edit.

*

Quum neque me aspicere æquales dignarent meæ. Idem in *dignavi,* & Diomed. lib. 1.

*

*Quid benefaciam ei, patris cuius opera te esse ultum * autumat?* Nonius.

*

*Tristitiâ atque animi intolerandâ * anxitudine.* Idem.

*

Habet hoc senectus in se, cùm pigra est ipsa, ut spissè omnia Idem in *spissum.*
Videantur confieri. -

*

*Currum liquit, chlamyde contortâ astu * clupeat brachium.* Idem, & Varro lib. 4. initio.

*

*O * flexanima, atque omnium regina rerum oratio.* Nonius.

Quod

*

- *Quod tamen ipsa orbitas,*

Nonius. * *Grandævitasque Pelei per penuriam*
Stirpis subaxet. -

*

Idem. *Sub judicio quoque omnes* † *gradus* * *tetinerim.*
† Mercerus *Graïos.*

*

Idem & Diomed. lib. 1. *Paucis absolvit, ne* * *moraret diutiùs.*

*

Nonius. *Sermonem hic nostrum ex occulto* * *clepit, quantum intelligo.*

*

Idem. *Nam solis Danais hic* * *domutionem dedit.*

*

Idem. *Par fortitudo,* * *gemina confidentia.*

*

Festus. *Aut non cernam, nisi* * *tagam.*

*

Idem. *Refutare* significat *redarguere.* Pacuvius in Hermi . . . .
. . . . *quas gloria &* . . . . . .

EX ILIONA.

*

Nonius. ‡ *Cur illa hic mecum* * *altercata est?*
‡ Al. *Cur illa que etur hic mecum altercas? tace.*

*

Idem. *Blandam hortatricẽ* * *adiugat* † *voluntatẽ.* † *voluptatẽ.*

Sed

*

Sed † hæc cluentur hospitum infidelissimi. † hi — Idem in cluet.

*

- Quis Deos — Idem.
Infernos, quis cœlestes, * dignet decorare hostiis?

*

Dij me, etsi perdunt, tamen esse adiutam * expetunt: — Idem.
Quòd, priusquã intereo, spatium ulciscendi * danunt.

*

Ne porrò te error, qui nunc * lactat, maceret. — Idem.

*

‡ Tu si conere, credo avitum sceptrũ patienter * poti. — Idem.
† Membranarum scriptura est, quam expressit Mercerus.
V si honere credo adhuic sceptrum patienter poti.
Vnde feliciter illam lectionem exsculpebat. Vulgg. codd. mẽdis inquinati, *Vt si onere credo adhuc septrum.*

*

Profectò aut * inibi est, aut jam potiuntur Frugum. — Idem.

*

Quos ego, ita ut ‡ volui, offendo incolumeis. ‡ vovi — Idem in offendere.

*

Occidisti; ut multa paucis verba * unosè obnuntiem. — Idem.

*

Fac, ut cœpisti, hanc operam mihi des * perpetem — Festus.
Oculis traxerim. -

*

Festus in repotia. — Ab eo
Depulsum mammâ pædagogandum accipit
Repotialis Liber. —

*

Idem. *Repugnanti ego porro hunc vi detraxi * ungulum.*

EX MEDO. [Al. MEDEA.]

*

Nonius. *Possum ego istam capite cladem * averruncassere.*

*

Idem. *Clamore & sonitu colles resonantes * bount.*

*

Idem. *Quid tandem, ubi ea est? † quod recepta exsul incerta * vagat,* † Al. *quod receptat? e.* Merc. *quo ire cœptat? e.*

*

Macrob. lib.6. c.1. *Diversi circumspicimus, horror percipit.*

*

Cic. 4. Tusc. *Illum amor quem dederat, qui plus pollet, potiorq́ʒ est patre.*

*

— MEDEA. *Atque eccum in ipso tempore*
** Ostentum senem.* ‡ *tueórne te, senex? proh Iupiter!*
SEN. a *Quis tu es mulier, quæ me insueto nuncupasti nomine?*
MEDVS. *Sentio, pater, te vocis* b * *calvi similitudine.*
[c *Sed quid conspicor? num me lactens * calvitur ævitas?*]
d *Cœlitũ Camilla, exspectata advenis; Salve hospita.*

* Festus. ‡ Varro lib.6. nullo auctore, aut opere indicato. a Nonius nomine Fabulæ prætermisso, in *Quis.* Sed Diomed. lib.2. ex Ennio, & Varro lib. 5. ex Medea, non nominato auctore. *b** Nonius. *c* Ibid. Sed ex alio opere, atque etiam fortè auctore. Nam hiulcus hic locus est. *d* Varro lib. 6. sub Ennij nomine, & ex Medo.

Populoque

*

*Populoque ut faustum sempiternè * sospitent.* Nonius.

*

Quâ super re interfectum esse Hippotem dixisti? Festus in *superescit.*

*

Cedo, quorsum itiner tetinisse aiunt? Nonius in *tetinerit.*

*

*Lingua bisulcis actu crispo * fulgere.* Idem.

*

*Quæ res te ab stabulis * abiugat, certum est loqui.* Idem.

*

*Repudio auspicium. regrediundum est * ilico.* Idem.

*

Mulier egregiissimâ formâ. Prisc. lib. 3. initio.

*

*Accessi ad eam, & * tonsillam pegi lævo in littore.* Festus, & Prisc. lib. 10.

*

Te Sol invoco, ut mihi potestatem duis
Inquirendi mei parentis. -

Verba Medi matrem quærentis, teste Carisio. Caris. lib. 1.

*

Ques sunt † isti? ignoti, nescio ques ignobiles. † Al. ij? Idẽ ibid. & Prisc. lib. 13.

*

Custodite istum vos, ‡ ne eum qui attollat, neve qui attigat. ‡ Ita Nonius: sed Diomedes, *ne quis e. a. neve att.* Nonius in *attollere*, & Diomed. l. 1.

 † *Ire*

*

Nonius. † *Ire si resto, pergit iter: jam si ire conor, prohibet * betere.* † Vide Notas.

EX NIPTRIS. [Al. NIPTRA.]

*

Nonius, & in *committere.* *Barbari eam pestem navibus nostris obtulit*
*Novâ figurâ factam, commissam * infabrè.*

*

Idem, & Gell. lib. 13. c. 28. † Prisc. lib. 6. & Nonius. Sed apud eum, *Attius.* *Ætate integrâ, feroci ingenio, * facie procerâ virum.*

*

† *Advenio in scruposam * specum.*

*

*Inde advenio montem Oetam scruposam * specum.*

Reponendum omnino *Pacuvius* videtur. Eius Niptræ laudantur, non Attij.

*

Cic. Tusc. 2. *Pedetentim ite, & sedato nisu, ne succussu arripiat maior dolor.*

*

Eod. *Tu quoque Vlisses, quamquam graviter cernimus ictum, nimis*
Pænè animo es molli, qui consuetus in armis ævum agere.

*

Eod. *- Retinete, tenete, opprimite,*
Vlcus nudate. heu miserum me, excrucior.

Operite,

*

Operite, abſcedite, jam jam mittite.
Nam attrectatu & quaſſu ſævum amplificatis dolorẽ. Eod.

*

*Nec ulla * ſubſcus cohibet compagem alvei,*
*Sed ſuta lino & ſparteis * ſerillibus.* Feſtus.

*

*Vos hinc defenſum patriam, in pugnam * betite.* Nonius.

*

Pariter te eſſe erga illum video, ut illum te erga ſcio. Idem.

*

Cedo tamen pedem, lymphis flavis flavum ut pulverem
Manibus iſdem, quibus Vlyſſi ſæpè permulſi, abluam;
Laßitudinemq́ue minuam manuum mollitudine. Gell. lib. 2 c. 26. non addito, ex quâ Fabulâ petitum ſit.

*

Conqueri fortunam advorſam, non lamentari decet:
Id viri eſt officium: fletus muliebri ingenio additus. Cic. Tuſc. 2.

*

EX NIPTRIS

Etiam illud, de coniecturâ Scaligeri.

*Spartam ‡ repedare inſtat, id ſi * perpetrat.* ‡ *reponere* Feſtus, vitioſiſſimo loco.

De Menelao ſermo eſt.

*

Itemque hoc, eidem laudatum Caſtigation. in Catull.

Priusquam oppeto malam peſtem hoſtili mandatam manu.

EX PAVLLO.

*

Nonius, & Gell. lib.9.c.14 *Pater supreme, nostræ * progenij patris.*

*

Macrob. lib.6. c.5. *Quamvis caprigeno pecori grandior gressio' st.*

Apud Priscianum legitur:

& Prisc. lib.6. initio. *Quæ via caprigeno generi gradibilis gressio est.*

*

Nonius. *Sagittis, plumbo, & saxis grandinat, * nivit,*

EX PERIBOEA.

*

Idem. *Neque tuum te ingenium * moderat, neque fraternum ira exsulium * levat.*

*

Idem in *senium.* *Parum est, quòd te ætas malè habet, ni etiam hic ad malam*
Ætatem adiungas cruciatum reticenti? -

*

Idem. *Sed nescio quidnã est: animi horrescit, * gliscit gaudiũ.*

*

Idem. *Nam me * perbitere, illis opitularier,*
Quovis exitio cupio, dũ † possum modò. †*prosim modò.*

*

Idem in *melus.* *Thyasantem fremitum concidi melum.*

*

Idem in *[illegible]ti.* *Ardua per loca agrestia ac trepidante gradu nititur.*

Scrupea

*

*Scrupea ſaxa Bacchi * templa propè aggreditur.* Varro lib. 6.

Hæc duo poſtrema fragmenta Scaliger Coniectan. Varronian. ita concinnavit:

Ardua per loca agreſti
Nititur, ac trepidante gradu,
Saxaque ſcrupea Bacchi,
Altaque templa propè aggreditur.

*

† *Conſternatæ animæ, ex pectore hac, & volvere* Nonius in *conſternari.*
Conſilium ſubit omnes, quod de nata eſt modò;
Quo pacto inimicis mortem, & huc vitam efferas.

† Non uno mendo obſeſſus eſt hic locus.

*

*Belluarum ac ferarum adventus ne * tætret loca.* Idem.

*

- Precor veniam, petens Idem.
Ut quæ egi, ago, axim, (Superi) * *verruncent benè.*

*

*In triplici pertimefactus mœrore animi, incertè errans * vagat.* Idem.

Al. τὸ *incertè* ignoratur.

*

Poſtquam eſt oneratus frugum & floris Liberi. Idē Cap. *de caſibus, de genitivo.*

*

* *Tamen obfirmato animo miteſcit metus.* Idem.

*

*Patior facilè * injuriam, ſi eſt vacua à * contumeliâ.* Idem.

*

† *Regnum potior, coniugem macto inferis.* †Idē cap. *de caſibus, de nominativo.*

*

Nonius. *Flexa, non falsa, * autumare dictio Delphis solet.*

*

Idem in *tutant.* *Tu mulier tege † & tuta templa Liberi.* † *te.*

*

Idem. *Non potest, Menalippe, hic sine tuâ operâ * exanclari ‡ clavos.* ‡ *labos.*

*

Idem. * *Lapit cor cura, ærumna corpus conficit.*

*

Idem. *Corpusque meum † tabe, mœrore, errore, * macore senet.* † Al. *tali m.*

*

Idem. *Metus, egestas, mœror, * senium, exsuliumque & senectus.*

*

Idem in *timor.* *Ecfare, quæ cor tuum timiditas territat.*

*

Idem in *imbuere.* *- Nam si te regeret pudor,*
Sive adeo cor sapientiâ imbutum foret.

*

Idem. *- Mane,*
Expedibo: fac tu mihi contra quod rogo respondeas.

*

Idē Cap. *de casibus, de accusat. vo sing.* *Regnum imperator, æternum ‡ morum sator.* ‡ *Deorum s.*

*

‡ Idem. ‡ *Gnato ordinem omnem ut dederit, * enodat patri.* ‡ Al. *Gnate o. o. u. d. enoda patri.*

O multi-

*

O multimodis variè dubium, & prosperum copē diem! Idem in copi.

*

Quamquā ætas senet, satis‡ habeam rem virium ut te ab arâ arceam. ‡F. *haberem v.* Alij, *habeo tamē v.* Prisc. lib. 10.

*

Ollis opitularier cupio. Glossarium Ms. Fornerij.

EX PHINIDIS. [Al. PHOENISSIS. malè.]

*

*Tacete, & * tonsillas lævo in littore edite.* Festus. ubi Pacuvio adscribit Scal. Nā nomē in litura est.

EX TANTALO.

*

Extremum intra campterem, ipsum
Iam prægreditur Parthenopæum. Nonius in *prægreditur.* (Ita libri scripti, non *prægradat.* Iidem *Tantalo*, non *Atalanta* cum vulgatis.)

EX TEVCRO.

*

Flexanima tanquam lymphata, & Bacchi sacris
Commota, in tumulis Teucrū commemorans meum,
Alcyonis ritu litus pervolgans feror. Cic. lib. 1 de Divinat. & Varro lib. 6.

*

Armamentûm stridor & rudentum sibilus. Servius Fuldanus in 1. Æneid. Varro lib. 4. & Cælius ad Cic. epist. 2. Famil. lib. 8.

*

* Carif. lib. 1. nullâ Teucri mentione factâ. † Cic. lib. 2. de Orat. non addito operis titulo. Sed Telamonis in luctum filij verba esse, indidē apparet. ‡ Nonius quatuor locis, & Festus in *vastum*. a Idem.

* *Qui stirpem occidit meum.*

*

† *Segregare abs te ausus, aut sine illo Salmina ingredi?*
Neque paternum aspectum es veritus?

*

- Quem ætate exactâ indigem
Liberûm lacerasti, orbasti, exstinxsti: neque fratris necis,
Neq; gnati eius parvi, qui tibi in tutelā est traditus?

*

‡ *Quæ desiderio * alumnûm, * pœnitudine,*
† *Squale, * scapreque incultâ * vastitudine.*
† *Squales scapresque.*

*

a *Nos illum interea ‡ perficiendo propitiaturos * faculremur.* ‡ Al. *præficiendo.*

*

Festus in *reciprocare.* † *Rapido, reciproco, percito, augusto, citare, rectem,*
reciprocare unde, eque gremiis subiectare, adfigere.
† Distortissimus pessimeque affectus locus.

*

Nonius. *Quamquam annisque & ætate hoc corpus * putret.*

*

Festus. *Vt ego, si quisquam me * tagit, & tangum.*

*

Prisc. lib. 4. *Postquam defessus perrogitando advenas*
De natis, neque quemquam invenit scium.

Periere

*

† *Periêre Danäi,* plera pars pessundata est.* Idē lib.5. & Festus.
† Al. *Perire D. p. p. pessum data e.* Et, *pessundatur.*

*

Nisi coërceo protervitatem, atque hostio ferociam. Festus in *redhostire,* & Non. in *hostire.*

*

‡ *Aut me occide, illa hinc sine usquam † provideam gradum.* † *provigeam,* sive *provegiam.* ‡Nonius in *providere,* vel potius *provegere.*

*

† *Te repudio, nec recipio, † naturam dico ‡ facessi.* †Idem in *facessere.*
† Lego, *matura-dum, f.* ‡ Al. *facesse.*

*

a * *Facessite hinc omnes, parumper tu mane.* a Ibid. & Festus.

*

*Quàm te post multis * tueor * tempestatibus.* Nonius.

*

Ubi Poëtæ pro suâ parte falsa conficta canant,
*Qui caussam humilem dictis * amplant.* Idē. [Ex Prolegomenis, opinor, aut Epistolâ. Nō enim ex ipsâ Tragœdiâ.]

*

† *Neque * perpetrare † precibus, nec pretio quit . . . .* †Festus in *perpetrat.*
† Scal. *precibus, imperio, quiti.* F. *precibus imperium quiti.*
Locus hic Festi mirè turbatus ac vitiatus.

*

* *Profusus gemitu murmuro oceistians ruat.* Idem.
Et iste locus pari fato acceptus est.

*

Nam Teucrum regi sapsa res restibiliet. Idem in

*

Festus in *sospes*. ex Scal. cẽsura. *Maxime Teu . . . . nunquam . . . ?*

*

† *Inscitiâ, ferocitate, atque * ferociâ.*

†Nonius † Vulgata & vetus lectio est, *Nisi citia feroc.* Mercero videtur idem locus esse qui supra, v. *hostire. Nisi coërceo ferocitatẽ atque ferociam.* Fruterius, *Insitâ feroc.*

*

Idem. *- Haud sinam*
*Quicquam profari, priusquam * accepso, quod peto.*

*

Idem. *- Mihi classem † impetrat Thessalam,* † F. *imperat*
Nostramque in altum ut properiter deducerem.

*

Servius P. Danielis in 9. Æneid. *Flictus navium.*

*

His accenset Delrio incerta hæc.

Cic. de Nat. D. *Nã si curẽt, benè bonis sit; malè malis: quod nũc abest.*

*

Idẽ Tusc. 5. sub fin. *Patria est, ubicunque est benè.*

Teucri vox.

EX THYESTE.

*

Fulgentius De prisco sermone. *Non illic * luteis Aurora bigis.*

Adden-

Addenda.

EX

ANTIOPA.

*

Si quis medicus ægroto imperet, ut ſumat
Terrigenam, herbigradam, domiportam, ſangui-
ne caſſam,
potiùs quàm hominum more cochleam dicere. Nam
Pacuvianus Amphion,
Quadrupes tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera,
Capite brevi, cervice anguinâ, aſpectu truci,
Eviſcerata, inanima, cum animali ſono,
cùm dixiſſet obſcuriùs, tum Attici reſpondent:
Non intelligimus, niſi apertè dixeris.
At ille uno verbo,
Teſtudo,
Non potueras hoc igitur à principio, citharista, dicere?

Cic. lib. 2 de Divinat. Meminitque huius teſtud. Pacuv. Tertullianus de Pallio.

*

Miror cur Philoſophiæ, ſicut Zethus ille Pacuvianus, propè bellum indixeris.

Cic. de Orat. 2.

*

Vti apud Pacuvium Zethus cum Amphione, quorum controverſia cùm de Muſicâ inducta ſit, diſputatio in ſapientiæ rationem & virtutis utilitatem conſumitur [*Al.* conſummatur.]

Auct. Rhet. ad Herenn. lib. 2.

*

Genus argumentationis ſi adverſum erit, vitioſum erit; aut, ſi non id, quod accuſabitur, defendet: ut, ſi quis, cùm ambitus accuſabitur, manu ſe fortem eſſe defendet. ut Amphion apud Euripidem: item apud Pacuvium: qui, vituperatâ Muſicâ, Sapientiam laudat.

Cic. lib. 1 de Invẽt.

Amphio-

*

Probus in Virgil. Eclog. 2. Amphionem & Zethum Euripides, & apud nos Pacuvius, Iovis ex Antiopa Nyctei filia ait natos, cantando coluisse armenta vocare.

*

Persius Sat. 1. Sunt quos Pacuviusque & verrucosa moretur Antiopa, *ærumnis cor luctificabile fulta.*

EX ATALANTA.

Huc pertinet, siquidem coniecturæ Mercerianæ standū,

Nonius. Apud *Cepisti me isthoc verbo; miseretur tui.*

quem vulgò, *Pacuvius: At accipisti me*, &c. Gulielmius volebat, *Pacuvius: At at! cepisti m.*

EX DVLORESTE.

*

Prisc. lib. 5. *Pater Achæos in Caphareis saxis pleros perdidit.*

*

Nonius. què vide, & adhibe Mercerū. * *Munes* . . . .

*

Ad eandem Fabulam refert Scaliger Castigat. in Tibull.

Fortunam insanam esse, & cæcam, & brutam perhibent Philosophi. &c.

Quæ in Hermionā transtulit Delrio, & nos eum sequuti.

*

Item illud Coniectan. Varronian. lib. v.

Nonius in *conciere*, ex Ennij Dulore-ste. *Extemplo Ægisthi fidem nuncupantes conciebant populum.*

Apud Nonium Ennij nomen perperam circumferri nempè putavit Scaliger, contra quam vult H. Columna; quem vide.

EX HERMIONE.

*

Ibo atque dicam, frequentes ut eant gratatũ hospiti. Servius P. Danielis.

EX MEDO.

*

Inter se degularunt omnia. † Vide Notas. † Carif. lib. 1.

EX INCERTIS EIVSDEM TRAGOEDIIS.

*

Fortunam insanam esse, & cæcam, & brutam perhibent Philosophi, Auct. Rhet. ad Herenn. lib. 2. sub Pacuvij nomine, expresſè; innominatâ tamen fabulâ.
Saxoque illam instare globoso prædicant volubilem;
Ideò, quò saxum impulerit fors, eò cadere Fortunam autumant. (se applicet.
Cæcam ob eam rem esse iterant, quia nihil cernat quò
Insanã autẽ aiunt, quia atrox, incerta, instabilisq; sit.
Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoscere.
Sunt autẽ alij Philosophi, qui contrà Fortunã negent
Miseriam esse ullam; sed temeritate omnia regi. Id magis
Verisimile aiunt, quòd usus reapse experiundo edocet:
Velut Orestes modò fuit rex, modò mẽdicus factus est.
Naufragio res cõtigit: Nẽpe ergo haud fortuna obtigit.

*

Quàm multa fallunt! Quid? gubernatores nónne falluntur? an Achivorum exercitus & tot navium rectores non ita profecti sunt ab Ilio, ut profectione læti Cic. de Divinat. lib. 1. & de Orat. lib. 3.

- Piscium

- Piscium lasciviam

Intuerentur, ut ait Pacuvius, *nec tuendi satias capere possiet?*

Interea propè jam occidente sole inhorrescit mare,
Tenebræ conduplicantur, noctisque & nimbûm occœcat nigror.

Num igitur tot clarissimorum ducum regumque naufragium sustulit artem gubernandi? &c.

*

Cic. lib.3 de Orat. Similitudinis est ad verbum unum contracta brevitas; quod verbum in alieno loco, tamquam in suo, positum, si agnoscitur, delectat: si simile nihil habet, repudiatur. Sed ea transferri oportet, quæ aut clariorem faciunt rem, ut illa omnia;

- Inhorrescit mare,
Tenebræ conduplicantur, noctisque & nimbûm occœcat nigror;
Flamma inter nubes coruscat, cœlũ tonitru contremit,
Grando mixta imbri largifluo subita præcipitãs cadit:
Undique omnes venti erumpunt, sævi exsistunt turbines:
Fervit æstu pelagus. -

Omnia ferè, quo essent clariora, translatis per similitudinem verbis dicta sunt.

*

Idem de Orat. lib. 2. Sed, ut dixi, ne hoc in nobis mirum esse videatur, quid potest esse tam fictum, quàm versus, quàm scena, quàm fabulæ? tamen in hoc genere sæpè ipse vidi, cùm ex personâ mihi ardere oculi hominis histrionij viderentur spondialia illa dicentis,

Segregare abs te ausus, aut sine illo Salamina ingredi?
Neque paternum aspectum es veritus?

Num-

Nunquam illum *aspectum* dicebat, quin mihi Telamon iratus furere luctu filij videretur. Vt idem, inflexâ ad miserabilem sonum voce,

-Quem ætate exactâ indigem
Liberûm lacerasti, orbasti, exstinxsti: neque fratris necis,
Neque gnati eius parvi, qui tibi in tutelam est traditus?

flens ac lugens dicere videbatur. Quæ si ille histrio, quotidiè cùm ageret, tamen rectè agere sine dolore non poterat, quid? Pacuvium putatis in scribendo, leni animo ac remisso fuisse? Fieri nullo modo potuit, *&c.*

*

Nec verò dico eorum metum mortis, qui privari se vitæ bonis arbitrentur, aut quia quasdam post mortem formidines extimescant, aut si metuant, ne cum dolore moriantur, idcirco mortem fugiant: in parvis enim sæpè, qui nihil eorum cogitant, si quando his ludentes minamur præcipitaturos alicundè, extimescunt. Quin etiam *feræ*, inquit Pacuvius, *quibus abest ad præcavendum intelligendi astutia, sibi iniecto terrore mortis, horrescunt.* Cic. lib. 5 de Fin.

*

Itaque, si quando aliquod officium exstitit amici in periculis aut adeundis, aut communicandis, quis est qui id non maximis efferat laudibus? Qui clamores totâ caveâ nuper in hospitis & amici mei M. Pacuvij novâ fabulâ? cùm, *ignorante rege, uter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur; Orestes autem*, ita ut erat, *Orestem se esse perseveraret.* Stantes autem plaudebant in re fictâ: quid arbitramur in verâ fuisse facturos? *&c.* Lælius apud Cic. de Amicit.

*

An oblivjscimur, quantoperè in audiendo legendoque movea- Cic. lib. 5, de Fin.

‡ L. *piè.* moveamur, cùm ‡ ipse, cùm amicè, cùm magno animo aliquid factum cognoscimus? Quid loquar de nobis, qui ad laudem & ad decus nati, suscepti, instituti sumus? Qui clamores vulgi atque imperitorum excitantur in theatris, cùm illa dicuntur?

Ego sum Orestes.

contraque ab altero,

Imò enimverò ego sum, inquam, Orestes.

* N. L. Cùm autem etiam exitus ab utroque datur conturbato errantique regi, ambos ergo unà vivere precamur. Quoties hoc agitur, quandóve, nisi admirationibus maximis? &c.

*

Cic. lib. 1 de Divinat. Fit etiam sæpè specie quadam, sæpè vocum gravitate & cantibus, ut pellantur animi vehementiùs: sæpè etiam curâ & timore: qualis est illa,

Flexanima tanquam lymphata, ut Bacchi sacris
Commota, in tumulis Teucrum commemorans suis.

*

Lucil. Sat. l. 29. Vtrum tristis contorto aliquo ex Pacuviano exordio.

*

Cic. de Divinat. lib. 2. *Graiugena de isto aperit ipsa oratio.*

*

Gell. lib. 2. c. 26.
Cedo tamen pedem, lymphis flavis flavum ut pulverẽ
Manibus iisdẽ, quibus Vlyssi sæpè permulsi, abluam,
Lassitudinemque minuam manuum mollitudine.

*

Idem lib. 13. c. 8. *Ego odi homines ignavâ operâ, & Philosophâ sentẽtiâ.*

*

Idem lib. 14. c. 1.
Nam si qui, quæ eventura sunt, provideant,
† Æquiperent Iovi. – † *Æquiperem* I.

† *Filias*

*

† *Filios sibi procreasse eandem per Calypsônem autumant.* † Al. *Filios sibi procreasse dicitur, eundem p. C. a.* — Carif. l. 1. & Prisc. lib. 6.

*

- Nereï
Repandirostrum incurvicervicum pecus. — Quintilian. lib. 1 cap. 5. & Varro l. 4.

*

Verum enim est illud Pacuvij. *Sol si perpetuo sit, aut nox, flammeo vapore aut frigore terræ fructus omnes interire.* — Varro de Re R. lib. 1. c. 2.

*

Exhalat auram terra atque auroram humidam. — Idẽ lib. 4. de L. L.

*

Pastor exorto jubare, noctis decurso itinere. — Idẽ lib. 5. & 6.

*

Calydonia altrix terra exuberantium virûm. — Idẽ lib. 6.

*

† *Liqui in Ægæo freto.* † *Allicui* Scal. — Eod.

*

(Æges) fermè aderãt æquore in alto ratibus repẽtibus. — Eod.

*

Flexanima tanquam lymphata. - — Eod.

*

Alcyonis ritu littus pervolgans † furor. † *feror.* — Eod.

*

- Nulla res neque
Cicurare, neque mederier potis est, neque
Reficere. - — Eod.

*

*Nunc primùm opacat † flore lanugo * genas.* † *flora* — Festus.

*

*Reprime * incioorem iracundiam.* — Idem.

*

Consilium cicur. — Idẽ ibid.

*

Idem in *manticu-larum*. Ex restitutione Scaligeri. nam vulgò quot verba, tot errores.

*Ad manticulandum aſtu aggreditor. ſcitè quid pro-
me, erue.*

*

Ibid. *Educ, i, manticulator. ita me facti oppreſſit jugo.*

*

Ibid. *Aggreditur aſtu regem. manticulandũ eſt hic mihi.*

*

Ibid. Vide Scal. Caſtigation. in Feſtum.

*Machinam ordiris novam manticulatam aſtu. . . .
Sanctiora adigis juranda jura, quibus cotidiè
Parvæ noxæ extergeantur. -*

*

Idem in *Mulciber*.

Quid me † obtutu terres, mulces laudibus?
† *obtuitu* Scal.

*

Idem. *Sed cùm contendi * nequitum vi, clàm tendenda eſt
plaga.*

*

Idem. ** Obſtinati exorſus.*

*

Idem. *Quid eſt? nam me exanimaſti * prologio tuo.*

*

Idem.

*- Promerendæ gratiæ
Simul, cùm videam Graios nihil mediocriter
* Redamptruare, opibuſque ſummis perſequi.*

*

Idem. *Paullum * repeda, gnate, à veſtibulo gradum.*

. . . . pan-

*

. . . . *pandite valvas* . . . . *complectar.* Idem in *reserare.*

*

-*Hinc sævitiam* * *Salaciæ fugimus,*
. . . . *vescimur* . . . . . . *mo* . . .
. . . . *ut me* . . . . *um septem* . . . . Idem.

*

* *Solatur, auxiliatur, hortaturque me.* Idem.

*

Quid cessatis, socij, eiicere * *spiras sparteas?* Idem.

*

* *Topper tecum sit potestas, faxit si mecum velit.* Idem.
Topper valet *fortasse* in Ennij & Pacuvij scriptis. Ibid.

*

Labitur * *trabica in alveos.* Idem.

*

a *Dii monerint meliora, atque amentiam averruncassint tuam.*

*

b *Si Priamus adesset, & ipse eius commiseresceret.*

*

c † *Quoniam ille interit, imperium Calcho transmissum est.* † Id est, *Postquam.*

*

d *Quæ meûm venenis flexit sociûm pectora.*

*

e -*Murmur maris,*
dixit Pacuvius; quia ventos murmur sequitur.

a Idem in *verruncet.* & Varro lib.6. vide Nonium in *averruncare* & *moneris.* *b* Servius in 11. Æneid. *c* Iun. Philargyr. in 4. Georg. *d* Servius P. Danielis. *e* Servius Fuldanus in 1. Æneid.]

*

Isidor. lib. Differét. seu de propr. serm. † *Volucri currit axe quadriga.* † Al. *Volucris erit ex q.*

*

‡ Caris. lib. 1. ‡ *Ques sunt ij ignoti, nescio ques ignobiles.*

*

† Ibid. pòst. † *Qui stirpem occidit meum.*

*

Mar. Victorin. l. 2

Agite, ite, volvite, rapite, comâ tractate per
Aspera saxa & humum : scindite vestem ocius.

*

Nonius. ‡ *At accepisti me isto cum verbo, * miseretur tui.*

‡ Placebat Guilielmio, *At, at* ! *cepisti m.*

*

Idem in *arva & arvas.* *Postquam calamitas plures annos arvas calvitur.*

*

Idem. *Sed quid conspicio ? num me lactans * calvitur*
Ætas ?

Fabulæ & auctoris nomina obliterata sunt. Videtur eiusdem Pacuvij, cuius exemplum præcessit.

*

Idem. *Miseret me, lachrymis lingua * debiliter stupet.*

*

Idem in *frōs* masc. & fem. g. *Voce suppreßâ, innato fronte, vultu ‡ turpido.*

‡ In libris, *turpitudo.* Coniicit Merc. *turpi, livido.* Sed meliùs vulgg. *turpido*, aut *turbido.* Quid si etiam? *torpido.* Tò *innato*, suspectum.

Impro-

*

Improbus, confidens, nequam, malus, videatur. Idem in confidentia.

Nonius cùm pòst sua verba: *Confidentia rursum temeritas, audacia*, Pacuvij locum ex Atalantâ subiecisset, *Grandem atque atrocem*, &c. continuò ei adiungit: *Idem lib.* x. *Improbus*, &c. Nugæ. Videtur deesse alter locus è Lucilio fortè petitus. Illius sanè hic versus, nõ Pacuvij: *Improbu', confidens, nequã, malus hic videatur.*

*

Quæ te applicavisti † tamẽ ærumnis obruta. † Al. *tam* Prisc. lib. 9.

*

In turbâ Oresti cognita, agnota est soror. Idem lib. 10.

*

Inveniuntur tamen quædam peregrina quæ cum incremento syllabæ declinantur, ut *Calchas, Pallas, Atlas, Gigas*: faciunt enim *Calchantis, Pallantis, Atlantis, Gigantis.* Quamvis antiqui, ut Pacuvius & Plautus, *Calchan* dicunt, non *Calchantem*, & Gellius *huius Calchæ.* Carис. lib. 1.

*

Iter, iteris debet facere, non *itineris*, &c. præsertim cùm *itiner* quoque dixerint Veteres, cuius genitivus *itineris* erit. Plurali tamẽ numero *itinera* semper dicimus: Non enim, sicut *huius itineris* Pacuvius dixit, & *hæc itera* dicere potuit. Ibid. bis.

*

Haud facul*, ut ait Pacuvius, *femina invenietur bona.* Afranius. Auctione, apud Noniũ.

*

Præpositiones vel Adverbia in *a* exeuntia, modò producunt ultimam literam, excepto *puta* & *ita*; quia apud Ennium & Pacuvium brevia sunt. Servius in 1. Æneid.

*

Insomnia generis feminini, numeris singularis, licet & Pacuvius & Ennius frequenter dixerint; Plinius tamen exclusit, & de usu amovit. Idẽ in 4. Æneid.

*

Servius in 7 Æneid. Regina *Hecuba filia* fuit secundùm Euripidem *Cissei*, quem Ennius & Pacuvius sequuntur. Nam Homerus Dymantis dicit.

*

Idẽ in 12 Æneid. *Hic torris*, ita nunc dicimus. nam illud Ennij & Pacuvij penitus de usu recessit, ut *hic torrus, huius torri* dicamus.

*

Cic. lib. 3 de Nat. D. Quid Medeæ respondebis? quæ duobus avis Sole & Oceano, Aëtâ patre, matre Idyiâ procreata est. Quid huius Absyrto fratri, qui est apud Pacuvium *Egialeus*. Sed illud nomen Veterum literis usitatius.

*

Varro lib. 6. de L. L. Pacuvius *Deûm triportenta* in Mercatore ponit. . . . . . .
Idem in Mercatore,

Non tibi istuc magis dividia est, quàm mihi hodie fuit.

Hæc eadem in Corollariâ Nævij. *Dividia* à *dividendo* dicta, quòd divisio, distractio est doloris.

*

Idẽ sub fin. lib. 6. Multa apud Poëtas reliqua esse verba, quorum origines possunt dici, non dubito. Vt apud Nævium in Hesiona, *enimvero gladij lingula*, à linguâ. In Clastidio, *vitulantes*, à vitulâ. In *a* Duloreste, *caperatâ fronte*, à capræ fronte. In Demetrio, *b persibus*, à perite: itaque sub hoc glossema *callidè* subscribunt. In Lampadione, *protinam*, à protinus, continuitatem significans. In Ægidone *clucidatus*, suavis; tametsi à magistris accepimus, mansuetum. In Romulo, *Sponsus* contra sponsum rogatus. In Stigmatiâ, *c præbia*, à præbendo, ut sit tutum; quòd sint remedia in collo pueris. In Therimo, (al. Technico) *confictant* à conficto *d* convenire dictum. In Tarentillâ *e* Pacuvij, *ab luce inlustre*. In Tunicularià, *exbolas quassant*, eiiciunt, à Græco verbo ἐκβολὴ dictum. In Bello Punico, *nec satis resarrire*, ab serrâ dictum, id est aperire: hinc etiam seræ, quibus remotis fores panduntur. Sed vereor, &c.

a V. C. *In Dolo*. Scal. corrigit *Dulorestè*. quẽ vide. *b persibè*, peritè, idẽ. *c proëbia* à *prohibendo usitatum*, Idem. *d cũ venere*. *e* Malim *Nævij*.

Saturæ

*

Satura dicitur carmen apud Romanos nunc quidem maledicum, & ad carpenda hominum vitia Archeæ comœdiæ charactere compositum; quale scripserunt Lucilius, & Horatius, & Persius. At olim Carmen quod ex variis poëmatibus constabat, *Satura* vocabatur; quale scripserunt Pacuvius & Ennius. *&c.* Diomed. lib. 3.

*

Togata Prætextata à Tragœdiâ differt; quòd in tragœdiâ heroës inducuntur. Pacuvius tragœdias nominibus heroïcis scripsit, *Duloresten*, *Chrysen*, & his similia. Item Accius. In Prætextatâ autem scribitur *Brutus*, vel *Decius*, vel *Marcellus*. &c. Idé pòst.

*

Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitru, † rudentisibilus. † Al. *rudentum sibilus.*

Turnebus putat Pacuvij carmen esse.

Cœlius epist. ad Cic. Famil. l. 8. ep. 2. & Varro l. 4

*

*Tu curvifrontes pascere * armentas soles.*

Inter Pacuviana illud refert Delrio.

Nonius.

*

Qui apud te, quasi servos, est canicium panem.

* * *

Inter Pacuviana etiam referri isthæc, supinitati debemus nugacissimi Grammatici.

Citat Scal. ad Fest. v. *canica*, sub Pacuvij nomine.

*

EX PSEVDONE.

Ni ego te blaterantem aspicerem, † his ‡ nuncium indicassem. † Corruptum. ‡ Al. *mencium*

Fulgent. de Prisco serm.

*

EX INCERTA FABVLA.

† diobolares, v. c.

Non ego sic fui, ut nunc sunt meretrices † diobolæ,
Quæ suam nummi caussa parvipendunt gratiam.

Fabius Placiades Fulgentius De sermone antiquo, ad Chalcidium Grammaticum.

BLATERARE, *quasi verba trepidantia metu balbutire, dixerunt. Pacuvius Pseudone Comœdiâ inducit Sceparnum servum ancillæ dicentem,* Ni ego te blat. &c.

Item.

DIOBOLARES *dicuntur vilissimæ meretrices, quæ parvo stipendio prostant. Pacuvius,* Non ego. &c.

Euge! bellè! jungentur jam gryphes equis. Mihi verosimile nō fit Pacuvium Comœdias scripsisse. Nugatur Fulgentius; nisi fortè nomen poëtæ corruptum. Pacuvius enim Comœdias non magis scripsit, quàm Tragœdias Terentius.

EX ANTIOPA.

*

Nonius. ubi vulgò *Livius Antiopa,* sed Mss. *Pacuvius Ant.*

*Ita * septuose dictio abs † te datur* † Deo
Quod consecutura sapiens ægrè contulit.

EX ILIONA.

*

Nonius in *sonit.* ubi vulgò *Accius,* sed Mss. *Pacuvius.*

Ibo ad eam, ut sciscam quid velint: valvæ sonunt.

L. AT-

L. ATTII, vel ACCII, Fragmenta.

ACHILLE.

*

*Quâ re aliâ ex crimine inimicorum effugere possis, * delica.* Nonius, bis.

*

*Ne tum, cùm * fervat pectus iracundiâ.* Idem.

*

‡ *An sceptra jã * flaccent, ferat.* ‡ F. *An s. i. flaccens ferat?* Idem.

ÆGISTHO.

*

*Neque fera hominũ pectora * fragescunt, donec vim persenserint imperij.* Idem.

*

Heu † *cuiatis stirpem penitus * fligi studet.* † *civitatis* Idem.

*

*Cùm manus materno * sordet sparsa sanguine.* Idem.

*

*Meliùs quàm viri * callent mulieres.* Idem.

*

* *Celebri gradu gressum* ‡ *adcelebrasse decet.* ‡ *adcelerasse d.* Scal. *adcelerauisse addecet.* *Idem, & Servius P. Danielis in 4 Æneid.

ÆNEADIS, seu DECIO.

*

Nonius in *devorare.* *Patrio exemplo & me dicabo, atque animam † devorabo hostibus.*

† Io. Cauchius, *devotabo.* Alij scripti, *devoro hosti.*

*

Te, sancte, venerans precibus, invicte, invoco,

Idem. *Portenta ut populo patriæ † verruncent bene.* † *verrunces*

*

Idem. *Vim Gallicam obduc contra in acie, exercitu-*
*-Ve patrum hostili † fusum * sanguen sanguine.*

† Al. *fuso,*

*

Idem in *sonit.* *Clamore & gemitu templum resonit cœlitum.*

*

Idem. *Et nunc quòd eorũ ‡ segnitas ardet focus.* ‡ Al. *segnitate*

*

Idem. *Fateor; sed sæpè * ignavit fortem in spe exspectatio.*

*

Idem. *Gallei voce canorâ fremitu peragrant * minitabiliter.*

*

Idem in *castra* fem. gen. *Castra hæc vestra est, optimè essis meritus à nobis.*

*

Idem. † *Dij summa tibi perduellum est, quorum aut quibus se à partibus*
** Gliscunt.-*

† Al. *Dis.* Corrupta sunt Nonij exemplaria vulgata. Mss. illud *Dis* aut *Di* non agnoscunt.

Nihil

*

Nihil neque periculi, neque tumulti est, quod sciam. Nonius.

*

Quod periti sumus in vita, atque usu callemus magis. Idem in *callet.*

*

*Quibus rem summam, & patriam nostram quondam * adauctavit pater.* Idem.

AGAMEMNONIDIS.

*

Inimicitias Pelopidarum ‡ exstincta jam obliteratas memoriâ renovare. ‡ *exstinctas iam atque obl.* Nonius in *obliterare.*

*

Sic multi, animus quorum atroci † junctus malitiâ est, † *vinctus*
Composita dicta è pectore evolvunt suo,
Quæ cùm componas, dicta factis discrepant. Idem in *componere.*

*

In altisono cœli clupeo. Varro lib. 4. de L.L.

ALCESTIDE.

*

Cùm † strideret retracta rursus inferis. † Al. *striderat* Prisc. lib. 9. & 10.

ALCMÆONE.

*

Tanta ut frustrando lactans vanans protrahit. Nonius in *vanans* & *lactare.*

*

Nonius. *Quod Dij interdum inferam penitus ‡ depressum altiùs clusêre * specis.* ‡ Al. *interpressum.* * Id est, *specubus.*

*

Idem. *Quia nec vos, nec ‡ illi impunè irriderent meam * Grandævitatem.* - ‡ Al. *ille impune irrideret*

*

Idem. *Suos deseruit liberos, * superstites sunt.*

*

Idem. *Atque eccos segnis somno & * tarditudine.*

*

Idem. *Postremo * amplexa, ‡ fructum, quem Dij dant, cape.* * Id est, *amplexare.* ‡ F. *fructumque, quem D.*

*

Idem. *Qui ducat, cùm te viderit socerum, generibus tantam esse impietatem.* * Id est, *generis.*

*

Idem. *Vt me ‡ repositum immerentem repentino nuntio alacrem*
*Reddidisti, ac me excitasti ex luctu in * lætitudinem.*
‡ Al. *depositum ac mœrentem.*

ALPHESIBOEA.

*

Nonius in *eneda.* ‡ *Quid hi tam obscuri dicunt? estne tam incnodabile?*
‡ Mss. *Quiditam obscuro dicunt est tamve i.*
Ingeniosè & verè Mercerus,
Quid tam obscuridicum est, tamve i.

*

Idem. *At vereor, cùm te esse Alcmæonis fratrem factis * dedicat.*

Sed

*

*Sed * angustitate inclusam, ac saxis squalidam.* Nonius.

*

- Etsi est malis Idem in
Depositus animus meus, quæ ‡ scribi exinde audiet. *deponere.*
‡ Al. *scribo.* Ms. *scibo.* Merc. *audies.*

*

Ita territa membra Idem.
Animo ægroto
* *Cunctant sufferre laborem.*

*

‡ *Cum ipsa sim, & * miseritudo eorum ulla est liberûm.* Idem.
‡ F. *Cum ipsismet m.*

*

Si tui veretur ‡ te progenitoris, cedo. ‡ *es* Idé *genitivus pro accusat.*

*

† *Odiorum hostificumque diem ‡ obvium turbam aspecti atque ‡ horribilem.* Idem in *aspecti,* pro *aspectus.*
† F. *Odiosum.* vel, *O dirum.* ‡ Al. *ovium,* & *terribilem.*

*

*Sed tibi * cautim est adeundum ad virum.* Idem.

AMPHITRVONE.

*

*Si satis rectè, aut verâ ratione * augurent.* *Al. *augurem.* Nonius.

*

Hoccine est, quòd tu tã temeriter meam benevolẽtiam Idem.
*Iteriisse es ratus? * aut tam * obstinato animo confisus tuo?* * Festus.

Cedo

*

Cedo ecquid te redhostitum † *cum meassem obiectet facilius.* † Al. *cum cassem.* item, *cum ea se oblectet f.*

Festus in *redhostire*, & Nonius.

Cœnum & lutum, quod non purgo. Nec juvat, ecce, Nonius.

Quid hic redhostit ‡ *viam: comitem obiet facilius.* ‡ Al. *viam cometet ob. f.* Al. *viam, cometet obtet f.* Ms. *viam cometem obte f.*

*

Nonius in *senium*. *An malâ ætate mavis malè mulcari exẽplis omnibus?*

*

Idem. *Quin meum senium cum dolore tuo coniungam & * comparem.*

*

Idem. *Miseret lacrymarum, luctuum, * orbitudinis.*

*

Idem. *Sed quænam hæc est mulier, funestâ veste, * tonsu lugubri?*

*

Festus. *Ne, si fortè paulò, quàm tu, veniam * serius.* * Scal. *secius*, vel *sequius.* quem vide ad Festum.

*

Nonius. ‡ *Tametsi statuæ * gracilitudo & propemodum luctus facit,* ‡ Al. *Tamen ista tua g. propemodum & l.*
Ne dubitem.

*

Idem. *Cum patre parvos patrum hostificè*
*Sanguine * sanguen* ‡ *viscere suo.* ‡ Al. *biscere.* F. *miscere.*

Non

*

Non parvam rem ordibor; ne retice, obsecro. Idem in *ordiri.*

*

Pertolerarem vim tantam, cladesque exanclarem impatibiles. Idem.

Perperam ex Attio Nonius, extant enim hæc in Plantinâ Amphitruone.

ANDROMACHA.

[Fragmentũ hoc Andromachæ Ennianæ est, non Attij.]

*

*Hæc ‡ malos annos multosque * longinque ab domo.* Nonius duobus locis; sed in *longinque* Accio, in *summum* Ennio adscribit. vide Notas.

‡ Mss. *malo*

*

*Bellum gerentes * summum summâ industriâ.*

Nonij locum non infeliciter restituit Mercerus, *Ennius Andromache-molotto:* *Annos multos longinque a. d.*

ANDROMEDA.

*

*Misera ‡ obvalla saxo, senio, pædore, * alguque, & fame.* ‡ *obvallata* Nonius.

*

Donec tu auxilium, Perseu, tetulisti mihi. Idem in *tetulit, tulit.*

*

*Qui neque terræ est datus, nec cineris caussa unquam evasit * vapos.* Idem.

*

*Muliebre ingenium, * prolubium, occasio.* Idem.

*Alni,

*

Nonius. * *Alui, educavi; id facite gratum ut ſit ſeni.*

*

Idem in *fors & fortuna.* *Multi iniquo, mulier, animo ſibi mala auxêre in malis,*
Quibus natura prava magis, quàm fors aut fortuna, obfuit.

*

Priſc. lib. 10. *Quum ninxerit cœleſtium molem mihi.*

*

Macrob. libello de ſocietat. Græc. & Lat. ſerm. *Niſi quòd tua facultas nobis tulat operam.*

*

‡Nonius ‡ *Namque ut dicam te metu aut * ſegnitate addubitare, haut meum'ſt.*
‡ Merc. ed. *Nãquid d. t. m. aut ſegnitate, aut dubitare, h. m. e.*

*

Idem. *Noſque ut ſeorſum * dividos leto ‡ offeres.* ‡ *offeras.*

*

Idem. *Nam poſtquam parvos oppreſſit * famulitas.*
Verſus, qui in quibuſdam codicibus hunc ſequitur,
Idem. *Vis atq; egeſtas, fama, formido, ‡ pudor.* ‡ Al. *pavor.* ex Pacuviano exemplo aberravit. Vide ed. Merc. & vett.

*

Idem. *Quot Luna * circulos annuo in curſu inſtitit.* * *circos*

*

Idem. *Quod beneficium haut ſterili in * ſegete, rex, te † obeſſe intellegis.* † *obſeſſe intelleges.*

*

Idem in *pudet & piget.* *Nec quî te adiutem invenio: hortari piget; non prodeſſe, id pudet.*

* *Immane*

*

* *Immane* † *te habeat templum, obvallatum ossibus.* Nonius.

Vulgg. quidem codd. *Accius Andromeda*; sed Iunij Ms. & alij, *Automedia*. quod expressum nuper à Mercero. † F. *tabet*.

ANTENORIDIS.

*

Namque huc venio, ut meâ ope opes Troïæ integrem. Nonius in *integrare*.

*

*Fortasse-an sint, quos hic nõ * mertet metus.* * *mertaret* Idem.

*

Quia aut illorum in campo fundam copias,
*Aut navis uram, aut castra * mactabo in mare.* Idem.

*

- Ad populum intellego Idem.
*Referunda, quorum jam * æquiter sententiæ*
Fuëre. -

*

- Sed hic quis est, Idem.
*Qui matutinum cursum huc * celeranter rapit?*

ANTIGONA.

*

*Ne istum * numerò amittas subitũ oblatum.* * i.e. *citò.* Idem.

*

*At-at, nisi me fallit in * obitu sonitus.* Idem.

*

Heu vigiles, properate, expergite Idem in *expergo*, pro *expergefacio*.
Pectora tarda sopore; exsurgite.

*

Nonius.

*Quid agis? perturbas rem omnẽ ac * resupinas † soror.*
† Al. *sorori.* F. *soror, i.*

*

Macrob. lib. 6. c. 1.

- Iam jam neque Dij regunt,
Neque profectò Deûm summus rex omnibus
Curat. -

*

Idem c. 2 eiusd. lib.

Quanto magis te istiusmodi esse intellego,
Tanto, Antigona, magis me par est tibi
Consulere & parcere.

ARGONAVTIS. [MEDEA, potiùs.]

*

Cic. de Nat. D. lib. 2. & Prisc. lib. De vers. Comicis. apud quẽ aliusordo versuum: *Aut forte Trito f. e. s. Subter r. p. u. i f. Molem e. p. s. a. e v. Fremebũda e. a. i. s. e. s. Pre se u. v. v. v. s. Ruit p. p. r. r.*

Ex personâ pastoris qui primus vidit navem Argo.
- Tanta moles labitur
Fremebũda ex alto, ingẽti sonitu & † spiritu † Al. *strepitu*
Præ se undas volvit, vortices vi suscitat,
Ruit prolapsa, pelagus respergit, ‡ reflat. ‡ Al. *profluit.*
Ita dũ interruptũ credas nimbũ volvier, sic Cicero.
† Dũ quod sublimè ventis expulsum rapi † *Dumq; subl.*
Saxum aut procellis, vel globosos turbines
Existere ictos, undis concursantibus.
** Nisi quas terrestres pontus strages conciet.*
Aut fortè Triton fuscinâ evertens specus,
Subter radices ‡ penitus undanti in freto ‡ *penitus*
Molẽ ex profundo saxeã ad cœlũ † vomit. † Al. *eruit.*
* Hunc versum Nonius in *conciere* adfert ex Medeâ Accij.

*

Cic. d. loco.

Sicut † citi atque alacres rostris perfremunt
Delphini. - † Al. *inciti.*

- Silvani

*

- Silvani melo
Consimilem ad aures cantum & auditum refert. Ibid.

ARMORVM IVDICIO.

*

Cur vetera tam ex alto appetissis discidia,
Agamemno? - Nonius in *altum*.

*

† *Hem vereor, plus, quã fas est, captivum * hiscere.* Idem.
† Al. *Item*

*

‡ *Cedit, Achilli inclutis armis ‡ vesci studet,* ‡ *Sed ii A.*
Vt ea cuncta optimè is levia præ illis putet. Idem in *vesci*, pro *uti*.

Ita hæc Iunius ad oram suæ editionis. Variant libri. Vide Notas.

*

- Benè facis ;
*Sed nunc quid * subiti mihi febris ‡ æstuat mali ?* Idem.
‡ Libri, *escivit*; id est *excivit* Iunio & Mercero : Colvio, *accivit*. Delrio in Indice emendat, *æstu dat*.

*

*Quid est cur * componere ausis mihi te, aut me tibi?* Idem.

*

† *Ocule * noxitudo obliteretur Pelopidarum, ac per nos sanctescat genus.* Idem.
† F. *Occule: Noxitudo obl*. Mercero placet; *Hodie noxitudo obl.*

*

Inter quos sæpè & multo imbutos sanguine. Idem in *imbuere*.

*

*Huius me * dividia cogit plus, quàm par est, loqui.* Idem.

*

Nonius in dãnare. *Maior erit luctus, quum me damnatum audiet.*

*

Idem pro pervicaci. *Sed* pervico Ajax animo atque inorabili.*

*

Idem in proprium. ‡ *Nam non facilè, ſine Deûm operâ, propria humana ſunt bona.* ‡ F. *Nemini facilè,*

*

Idem. *Vbi cura eſt, ibi* anxitudo ; acerba ibi cuncta conſiliorum ratio & fortunæ.*

*

Idẽ pro exercitus. *In quo ſalutis ſpes ſupremas, ſummam ſibi habet * exerciti.*

Locus dubiæ valetudinis.

*

Macrob. lib. 6. c. 1. *- Nam trophæum ferre me à forti viro,*
Polchrum eſt: Sin autem & vincar, vinci à tali nullum eſt probrum.

† Ibid.

‡ Auctor. Rhet. Ad Herenn. lib. 2. ‡ *Virtuti ſis par, diſpar fortunis patris.*

Incerta quæ ſequuntur, videntur huc pertinere.

*

Poëtæ nomine omiſſo. Vidétur, inquam, Attij: aut fortè Pacuvij ex cognomine Fabula.

‡ *Apertè fatur dictio, ſi intellegas,* ‡ *Aperte*
Tali dari arma, qualis qui geſſit fuit,
Iubet, potiri ſi ſtudeamus Pergamo.
Quæ ego profiteor eſſe mea: nam me æquum eſt frui
† *Fraternis armis, mihique adiudicarier,* † Al. *Paternis*
Vel quòd propinquus, vel quòd ‡ *virtute æmulus.*
‡ *virtutis, vel, virtutedæ.*

Quæ



*

Qua caußâ accusem hunc, nequeo putando evolvere: Ibidẽ, &
Nam si veretur, quid eum accusem, qui est probus? Cic.lib.1.
Sin inverecundum animi ingenium possidet, de Invẽt.
Quid eum accusem, qui id parvi auditu existimet?

*

Nunc ego te ab summo jam detexam exordio. Ibid. Auctor. ad Herenn.

*

Etiam illud, si Pacuvij non sit, huc referendum potest videri.

Nihilne ad te de judicio ‡ armũ accidit? ‡ pro *armorum* Cic. in Oratore.

*

Nónne & ad hanc Tragœdiam pertinent illa, ex personâ, ut videtur, Aiacis pronunciata?

*

Vidi te, Vlysses, saxo sternentem Hectora; Caris.
Vidi tegentem clupeo classem Doricam; lib. 4.
Ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam.

ASTYANACTE.

*

Itera in quibus partibus (namque audire volo) Nonius
[a] *Si est quem exopto, & quo captus modo,* a *Is est q.* in *fors &*
Fortunáne, an forte [b] *reperitur.* *b* Libri, *repertur.* scribe, *repertus.* *fortuna.*

*

Troia est testis; quare ex aliis, qui illius miseritudine Idem.
Nomen clarum in humili saxo multis memorant vocibus.

*

Nonius. *Nunc in ‡ concilio id reges Argivûm * aucupant,*
Id quærunt. ‡ Al. *consilio.*

*

Idem in *vastitas.* *Propter te tot tantasque habemus vastitates funerũ.*

*

- In celsis montibus
Idem. *Pecua, atque inter colles pascunt Danai in † Phrygiæ*
& terminis. † Fruterius, *Phrygiaï terminis.*

*

Idem in *populat.* *Qui nostra per vim patria populavit bona.*

*

Idem. *Quorum crudelitatem nulla unquam explet * satias*
sanguinis.

*

Idem, & Gell. lib. 14. c. 1. *Nihil credo auguribus, qui aures verbis divitant*
Alienas; suas ut auro locupletent domos.

*

Nonius. *Hic per matutinum lumen tardo properantem gradu*
** Derepentè adspicio ex nemore pavidum & prope-*
rantem ‡ egredi. ‡ Al. *oggredi.*

*

Idem. *Abducite intrò. nam mihi misertudine*
*Commovit animum excelsa * aspecti dignitas.*

*

Idem. *Vtinam unicam mihi * antistitam † arcitenens suam*
Tutetur. - † Al. *Arquitenens*

*

Idem. *Ferum feroci contundendum † vi permisit * sæviter.*
† Alij scripti, *inperisit sævum sæviter.*

Hunc

*

† *Hunc* [a] *altaispinē regionum fac, ac* [b] *desistet exercitum morari, nec me ab domuitione* [c] *marceretur obscœno homine.* †Contaminatissimus locus. quomodo emaculādus, vide in Notis sive Cōiectaneis.

Nonius in *obscœnum.*

a Al. *aicaispinem.* Iunij margo, *dicaspolon.*
b Al. *desisset* Mss.
c Merc. edit. *arceretur.* Iunij margo, *arceretur.*

ATHAMANTE.

*

Cuius sit vita * *indecoris, mortem fugere turpem haud convenit.*

Nonius.

*

Atque ita de illis merui, ut jure hac nunquam * *miserarent mala.*

Idem.

*

Ut profugiens hostem, inimici invadam in manus.

Idem in *invadere.*

*

An dubito ? ‡ *vah , quid agis ? cave ne in turbam te implices.* ‡ Al. *ha*

Idem in *turbam & turbas.*

*

† *Beneficium* * *grave in hostium peperisti gratiam.*
† Ex castigatione Iunij.

Idem.

*

Priusquàm infans facinus oculi vescuntur tui.

Idem in *infans*, & *vesci.*

*

- Veritus sum arbitror,
Atque utinam possim memet oblivi∫cier.

Idem *accusat pro genitivo.*

ATREO.

*

Nonius in *vesci.* *Ne cum Tyranno quiſquam epulandi gratia*
Accumbat menſam, aut eamdem veſcatur dapem.

*

Idem. *Sed quid tonitru turbida torvo*
Concuſſa repentè æquora cœli
*Senſimu' * ſonere?*

*

Idem. *Ego incipio, * conata exſequar.*

*

Idem. *Concoquit ‡ partem vapore flammã tribuit verubus*
** lacerta in focos.* ‡ Al. *patrem.*

*

Idem. *Egône Achivûm imperium attingam, aut Pelopis*
** digner domo? (funeſto alloquar?*
Quoi me oſtendam? quod templum adeam? quem ore

*

Priſc. l.6. *Simul & Piſæa præmia ‡ arrepta à ſocru poſſedit ſuo.*
‡ Al. *erepta*

*

Idẽ lib. 9. & Gloſſar. Ms. *Epularum fictor ſcelerum, fratris delitor.*

*

Cic. Orat. cõtra L. Piſonem. *- Quamquam quod ad me attinet,*
Nunquam iſtam imminuam curam inficiando tibi.
Et ibi Aſconius Pedianus; Propè notius eſt (*inquit*) quam, ut indicandum ſit, hunc verſum L. Accij Poëtæ, & dici à Thyeſte in Atreo.

Multi

*

Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni. Idem 3. Offic.

Multi infideles regno &c. inquit Accius; at cui regno? quod à Tantalo & Pelope proditum jure obtinebatur.

*

Fregistine fidem? Neque dedi, neque do infideli cuiquam. Ibid. bis.

Idcirco (*ait Cicero*) rectè à Poëta dicitur, quia cùm tractaretur Atreus, personæ serviendum fuit. Sed si hinc sibi sumunt, nullam esse fidem quæ infideli data sit: videant, ne quæratur latebra periurio. *Et:* Quamquam ab impio rege dicitur, luculentè tamen dicitur.

*

Quis homo te exsuperavit unquam gentium impudentiâ? Idem 4. Tusc.

N. *Quis autem malitiâ te?* - &c. Alternis versibus intorquentur inter fratres gravissimæ contumeliæ: ut facilè appareat, Atrei filios esse; eius, qui meditatur pœnam in fratrem novam:

Maior mihi moles, maius miscendum malum,
Quî illius acerbum cor contundam & comprimam.

Quæ igitur hæ erunt moles? audi Thyesten ipsum:

Impius hortatur me frater, ut meos malis miser
Manderem natos. - Eorum viscera apponit: quid est enim, quo non progrediatur eódem, quò furor? *Hactenus Cicero.*

ODERINT, DVM METVANT.

*

Oderint, dum metuant.

*

Natis sepolchrum est ipse parens.

Cic. 1 Offic. Tũ (*inquit*) servare illud Poetas dicimus, quod deceat; quum quod quaque personâ dignum est & fit & dicitur. Vt, si Æacus aut Minos diceret *Oderint, dum metuant* &c. indecorum videtur, quòd eos fuisse iustos accepimus: at Atreo dicente, plausus excitantur. est enim digna personâ oratio.

*

Idem Tusc. 5.

Proinde ita parent se in vitâ, ut vinci nesciant.

In quem cadit metus (*ait Tullius*) in eundem formido, timiditas, pavor, ignavia. Ergo ut idem vincatur interdum, nec putet ad se præceptum illud Atrei pertinere, *Proinde ita parent se* &c. Hic autem vincetur, ut dixi: nec modò vincetur, sed etiam serviet.

*

Sequentes versus, Ciceroni laudatos, ex Accij Atreo esse suspicatur Hieronymus Columna.

* * *

Quod re in summâ summum esse arbitror
Periclum, matres coinquinari regias,
Contaminari stirpem, admisceri genus.

Cic. de Nat. D.

* * *

Addo huc, quòd mihi portento cœlestûm pater
Prodigium misit regni stabilimen mei,
Agnum inter pecudes aureâ clarum comâ
Quondam Thyesten clepere ausum esse è regiâ:
Quâ in re adiutricem coniugem cepit sibi.

AVTO-

‡AVTOMEDIA.

[‡ANDROMEDA vulgg. Nonij codd. In scriptis est, AVTOMEDIA.]

*

* *Immane ‡ te habeat templum, obvallatum ossibus.* Nonius.
‡ F. *tabet.* Idem hoc suprà Fragmentis ANDROMACHÆ adscriptum.

BACCHIS.

*

Lætum in Parnasso inter pinos, tripudiantē in circulis Nonius.
*‡ Ludere, atque tædis * fulgere* ‡ Al. *Ludo*

*

† *Quod neque sat fingi, neque satis dici potest* Idem.
*Pro * magnitate.* † Al. *Namque sat f.*

*

*Quanta in venando affecti * lætitudine.* Idem.

*

*Agite * modico gradu, jacite thyrsos leves.* Idem.

*

*Tum ‡ silvestres * exuvias lævo pictas lateri * accommodant.* ‡ Al. *pecudum* Idem in *accomodatum* & *exuvias.*

*

*Ubi sanctus Cithæron frondet viridantibus * fœtis.* Idem.

*

Quia neque vetustas, neque mors, neq; grandævitas. Idem.

*

*Forma figura, * nitiditate, hospes regius.* Idem.

Splen-

*

Nonius. *Splendet ſæpè, aſt idem nimbis interdum * nigret.*

*

Deinde omnes ſtirpe cum inclutâ Cadmeide
Idem. ** Vagant matronæ † percitatæ tumultu.* † Al. *percita*

*

Idem. *Acrè crepanteis * melos.*

*

Macrob. lib. 6. c. 5. *Et nunc Silvicolæ ignota inviſentes locæ.*

*

Ibidem. *O Dionyſe pater, optime vitiſator, Semelâ genitus Euthvia.*

*

Feſtus. *Præſens præſto irridetis nobis . . . ſtipe ultro * oſtentum obtulit.*

Faceſſat oſtentum: hic locus portenti inſtar circumferri poteſt & negotium faceſſere.

*

Catiſ. lib. 2. *Indecorabiliter alienos alunt.*

*

Servius P. Danielis in 12. Æneid. *Lanugo flora nunc genas demum irrigat.*

*

*Ibidem. ** Nam flori crines video, ut † propexi jacent.*
† Al. *proceſſi*

*

Cledoni⁹ in Arte Donati. *Deinde ab jugulo pectus glauco pampino obnoxæ obtexunt.*

BRV-

BRVTO.

*

Tarquinius Superbus de somnio suo.

Cùm jam quieti corpus nocturno impetu
Dedi, sopore placans artus languidos; Cic. lib. I de Divinat.
Visũ est in somnis † pastorẽ ad me appellere † Al. *pastor*
Pecus lanigerum eximiâ polchritudine:
Duos consanguineos arietes indè eligi,
Præclarioremque alterũ ‡ involare me: ‡ *immolare me:*
Deinde eius germanum cornibus connitier
In me arietare, eoque ictu me ad casum dari:
Exin prostratum terrâ graviter saucium,
Resupinum; in cœlo contueri maximum
Ac mirificum facinus; dextrorsum orbem flammeum,
‡ Radiatum Solis, liquier cursu novo. ‡ *Radiantem*

*

Coniectorum interpretatio super eodem somnio Tarquinij.

Rex, quæ in vitâ usurpant homines, cogitant, curant, vident, Ibidem.
Quæque agunt vigilantes, agitantque; ea si cui in somno accidunt,
Minùs mirum est: sed in re tantâ haud temerè ‡ visa offerunt: ‡ Al. *improviso*
Proin vide, ne, quem tu esse hebetem deputes æquè ac pecus,
Is sapientiâ munitum pectus egregiùm gerat,
Teq; regno expellat. Nam id, quod de Sole ostentum est tibi,

Populo

Populo commutationem rerum portendit ‡ fore
Perpropinquam. hæc benè verruncent populo. Nam quòd ad dexteram
Cepit cursum ab lævâ signum præpotens, pulcherrimè
Auguratum est; rem Romanam publicam summam fore. ‡ Al. *fore. Perpropinqua hæc b. v.*

*

Varro de L.L.lib.4 - *Qui rectè consulat, consul ‡ fuat.* ‡ Viri d. *cluat.*

*

Idē lib.5. *Nocte intempestâ nostram devenit domum.*

*

Cic. pro Sextio. *Tullius, qui libertatem civibus stabiliverat.*

CHRYSIPPO.

*

Nonius. *Meliùs * pigrasse, quàm properasse est nefas.*

*

Idem in *cernere.* *Quid agā? vox illius est certè. idē omnes cernimus.*

*

Idem in *partiret.* *Æternabilem divitiam partissent.*

*

Festus in *rodus*, pro *saxo.* † *Neque quisquam à telis vacuus, sed uti cuique obviam fuerat ferrum, alius saxum, rodum.*
† Non immeritò hic locus viris doctis suspectus est.

*

Idem. *Quin huic, si * superescit, Spartam atque Amyclas trado.*

CLYTÆMNESTRA.

*

In pectore fulmen inchoatum, flammam ostentabat Iovis. Servius Fuldanus in 1 Æneid.

*

Deûm regnator nocte cœcâ cœlũ è conspectu abstulit. Idẽ ibid. paulò pòst.

*

Sed valvæ resonunt regiæ [*domus.*] Prisc. l.9.

*

Feras potiuntur plagas. Donat.in Adelph. act.1.sc.4.

*

‡ *Matre meo jure factum* * *incilas, genitorem injustum approbas.* Nonius in *incilare.*

‡ Al. *Mater*. F. *Mater mea,iure factum* (vel, *fatum*) *incilas,*

*

Vt quæ tum absentem rebus dubiis coniugem
* *Tetinerit, nunc prodat* † *ultorem.* Idem.

† *victorem,* vel *auctorem.*

*

Omnes gaudent facere rectè, mali * *pigrent.* Idem.

Elegantissimus locus, sed turpi mendo obsitus. Vide Coniectanea.

*

Cur me miseram irridet magnis * *compotem & multis malis?* Idem.

*

Scibam hanc mihi supremam lucem, & servitutis finem dari. Idẽ Cap. *de indiscret. gener.* literâ S.

Flucti

*

Nonius in *flucti*, pro *fluctus*. *Flucti immisericordes jacere, & ‡ atra ad saxa allidere.* ‡ Al. *atra.* F. *tatra.*

Sequens Fragmentum antiquæ editiones ex Accij *Clytæmnestrâ*, sed Mss. ex *Nyctegresiâ* proferunt. & sic edd. Iun. & Merc.

*

Idem. *Aut ego illum eripiam, aut illi pœnas * sufferam.*

DECIO.

Vide supra, ÆNEADIS.

DEIPHOBO.

*

Prisc. lib. 9. & 10. *Nos continuò ferrum eripimus omnibus, manicas neximus.*

*

Nonius. *Vel hic qui in eâ parte effrenatâ impudentiâ*
*Præsentẽ præsens dictis * mertare instititi.* * i. e. *mergere.*

*

Idem. † *Aut infando homine gnatula erat, aut arena, si ex sole,*
*Qui neque amico amicus unquam * gravis, neque hostis hosti fuit.*

† Al. *At inf. h. gn. e. a. arena se exule*, & sic Stephan.

Prior versus exanimus planè; sed aquulam ei affudit feliciter Mercerus; ad hunc modum:

Aut infando homini gnato Laërtæ Ithacensi ex solo,

Eo

*

Eo antè noctem, ‡ externa retia ut proveherem, & statuerem, ‡ F. *hesterna* Nonius.

*Fortè aliquanto quàm solitus * lembo sum progressus longiùs.*

Hoc fragmentum resipere soccum potiùs quàm cothurnum videtur.

*

Virgil. initio 11 Æneid. *Votum pro reditu simulant.*] Benè (*inquit Servius ille melior*) excusat, ne reus sit conscientiæ. Accius in Deiphobo inscriptum [*equo*] dicit.

DIOMEDE.

*

† *Ferè * exanclavimus Tyranni sævum ingenium atque exsecrabile.* † F. *Feri* Nonius.

*

Non genus virum ornat, generis vir fortis loco. Idem in *locum.*

*

*Simul aurem * attendo, ut quirem exaudire ampliùs.* Idem.

*

*Si unquam † perpediar gnato, puer ne * attenderis*
Petere à me id, quod nefas sit concedi tibi. † *prepediar.* Idē ibid.

*

*Adsum * apud te, genitor.* Idem.

*

*Passimque ‡ præda * pecua balabant agris.* ‡ *præde* Idem.

*

*Benignè, & pro beneficio * largì atque * ampliter.* Idé. bis.
* I. e. *largiter.*

*

Nonius. *Et qualis † fuerit, fama * celebrescat tua.* † Al. *fuerat*

*

Idem. *Multa amittuntur * tarditie & socordiâ.*

*

Idem in *insolens.* - *Ita & fletu & tenebris ‡ obstinatus* ‡ Al. *insolentius*
Speciem amissi luminis conspiciunt † insolentiam.
† *insolentiâ.*

*

Nonius, & Festus. ‡ *Me Argos referam, nam hic † sum * nobilis,*
Ne cui cognoscar noto. -
‡ Al. *fuam.* Al. *Ergo Argos ref.* Item, *Ergo me Arg.*

*

Festus. * *Ogygia mœnia* Attius in Diomede appellans, significat Thebas; quia eam urbem Ogygus condidisse traditur.

DVLORESTE.

*

Nonius. *Vereor, si nunquam fatiscar facere quod quibo boni.*
In v. *fatiscuntur* ex Accij *Duloreste* profert quidem Nonius; sed in v. *fatiscere* idem plenius correctiusq; sub Pacuvij nomine. Vide DVLORESTEM Pacuvij.

EPIGONIS.

*

Nonius, pro *ultus fuero.* *Qui, nisi genitores * ulso, nullum meis dat finem miseriis.*

*

Idem. *Age, age, amolire, amitte, cave vestem * attigas.*

Fateor:

*

Fateor: sed cur propter te pigrem hæc, aut huius dubitem parcere capiti? Nonius in *pigrare*.

*

Sed jam Amphilochum huc vadere cerno, & nobis datur bona pausa loquendi.* Idem.

*

Apud abundantem antiquam amnem, & rapidas undas Inachi. Nonius in *amnis fem. gen.*

*

Quibus oculis quisquam nostrum poterit illorum obtui Voltus, quos jam ab armis anni porcent.* – Idem.

*

*Et nonne Argivos fremere bellũ, & velle ‡ vi * vulgum videt?* ‡ F. *vim* Idem.

*

Maneas adhisante exsulio macte Pelopis externis. Idem in *mactare*.

Gravi hic, si quis alius, plagâ mactatus atque affectus locus.

*

*Viden' ut te impietas stimulat, nec * moderat metus?* Idem.

*

*Quid cesso ire ad eam? hem, præstò est, ‡ camo * collum gravem.* † Divinabat Mercerus, *quam amo c.* Idem.

*

*Eloquere, properè, ac pavorẽ hunc meum * expectora.* Idem.

Vide, num huc præterea referri quædam debeant, quæ infra *Erigona* perperam fortaſsis adſcribuntur: & nũ viciſsim repeti hinc nõnulla poſsint, Fabulæ iſti poſtliminio reſtituenda. Viderint, inquam, qui capillum promittunt.

EPINAVSIMACHE.

*

Carif.l.1. *Martes armis duo congressos crederes.*

*

Ibid. *Incursio ita erat acris.*

*

Prisc. l.6. *Lucifera lampade exurat † Iovis arietẽ.* † i. e. *Iupiter.*

*

Nonius. *Mors amici subigit, quæ mihi est * senium multo acerrimum.*

*

Idẽ, pro *exercitus.* *Et contra, quantum obfueris, si victus sies,*
*Considera, & quò revoces summam * exerciti.*

*

Idem in *anima.* *Ut nunc cùm animatus iero, satis armatus sum.*

*

Idem in *multos.* *Probis probatum potiùs, quàm multis fore.*

*

Idem. *Proin tu id cui fiat, non qui facias, * compara.*

*

Idem. *Quod si procedit, neque te, neque quenquam arbitror*
*Tuæ * pœniturum laudis; quam ut serves, vide.*

*

Idem. *Ubi non terricula tua sunt?* * Al. *terricula cita.* Merc. ed. *terriculata.* unde illud, *terricula tua.*

*

Idẽ, *amnis fem. gen.* *Sanguine undã salso sanctam obtexui Scamandriam,*
Atque acervos altâ in amni corpore explevi hostico.

*

Ab classe ad urbem tendunt, neque quisquam potest
Fulgentium armûm armatus ardorem obtui. Idem, *accusativus pro genit.*

*

*Nec perdolescit * fligi socios morte, campos contegi.* Idem.

*

Tamen haud fatiscar, quin tuam implorem fidem. Idem in *fatiscere & fatiscũtur.*

*

Primores procerum revocarent nomina, nisi
*Esset quis qui armis secum vellet * cernere.* Idem.

*

Item ad mœstitiam mutam infantium quadrupedum. Idem in *mutus.*

*

Eos mortalis fœnis lib. x. miseror sæpè studitos volo. Idem, *accusativus pro genit.*

Depravatissimè sic nuper edidit Mercerus. Antiquæ edd. *fœnis libro decimo. Mesereor.* Nec multum abit Iuniana. Ego locum prorsus depositum judico.

ERIGONA.

*

*Sapimus * animo, fruimur * animâ: sine animo anima est debilis.* Nonius.

*

† *Tum autem Ægisthus si me esse eodem lecto * comitasset patri.* Idem.

† Variè huic loco medentur Critici. Vide Coniectanea.

*

*Quamquam exsangue hoc corpus mihi annis * putret.* Idem.

*

*Ita imperitus * stupiditate erumpit se, impos consilij.* Idem.

*

Nonius *genitivus pro ablat.* *Locrorum latè viridia & frugum ubera.*

*

Idem. * *Assentio: age, nunc tu tuam ‡ progeniem, & ordine.*
‡ Ita Mercerus in Notis. Vulgg. *progenium, & ordinem.*
Al. *p. exordire*

*

Idem in *deponere.* *Hospitem † deposita interimes.* † Merc. *depositam*

*

Idem. *Eaque hoc caussa, ut ne quis nostra auribus verba * cleperet.*

*

Idem. *Ita imperitus * stupidate erumpit se, impos consilii.*

*

Idem. *Sed ubi ad finem ventum est, in quo illum fors exspectabat loco,*
*‡ At quem Orestes * gravis sacerdos ferro prompto † adstitit.*
‡ Merc. *Atque* O. † Edd. antiq. & Merc. *adstituere.*

*

Idem in *supplicium.* *Nunc † pergam, ut suppliciis placans Cœlitum aras ‡ expleam.* † Ita Fruterius & Lipsius. Vulgg. *pergamus suppl.* ‡ F. *expiem.*

*

Idem in *mactare.* *Quod utinā me suis ‡ arcitenens telis mactasset Dea.*
‡ *arquitenens*

ERIPHYLA.

*

Prisc. lib. 6. *Pallas bicorpor anguium spiras trahit.*

EVRY-

EVRYSACE.

*

Super Oceani stagna alta patris, Nonius in *amfractum gen. neut.* & Varro lib. 6.
Terrarum amfracta revisam.

*

‡ *Nunc per terras vagus,* * *extorris regno, exturbatus mari.* ‡ Idem.

*

Tu autē, quod quæro abs te, enoda, & qui sis explica. Idem.

*

Nam ea oblectat spes ærumnosum hospitem,
Dum id, quod miser est, clam esse * *censet alteros.* Idem.

*

‡ *Iam potero incipiam, & sine quid vi* * *contendam ut hinc* Idem.
Comportet texum Salaminem habeam.

‡ Corrupta & exsensa omnia. sensui consules, non numeris, si legas: *Iam petere incipiam; &, si nequit, vi contendam ut iniquum portet; exin Salamine abeam.*

*

† *Sed atratus tætrâ veste, &* * *vastitudine* Idem.
Tam deformatus. - † Ex felicissimâ optimi Merceri coniecturâ; pro monstris illis: *Sed ut ratusta, & ra- veste, & vastitudine tard: forma tuis.*

*

Nunquam erit tam immanis, cùm meâ operâ exstinctum sciet, Idem.
Quin * *fragescat.* -

*

Nonius Cap. *de doctorum indagine,* in *apud.*

Apud ipsum ‡ *adstas.* ‡ Al. *addiscas.*

*

†Idem in *vulgus.*

† *Diffidam autem ne cidere turbat vulgum ambigua accius evitat, mœros disiicit.*

† Locus corruptissimus. Mercerianæ editionis scripturam expressi. Nihil hîc sani. Quomodo mederi possit, vide in Coniectaneis.

*

Idem. *Persuasit mœror,* * *anxitudo, error, dolor.*

*

Idem, *accusativus pro genit.*

Heu me miserum, cùm hæc recordor, cùm illos reminiscor dies!

*

Idem.

–* *Opinione factum est, quanto minùs*
Stirpem educabant, tanto ut reremur magis
Eos esse. –

*

Idem.

Tot tropæa transdes, summam gloriam everti sines
Tam * *desubitò?*

*

Idē, *accusat. singul. pro genit. plural.*

Reprime parumper vim ‡ *citatum quadrupedum.*

‡ Id est, *citatûm* pro *citatorum.*

*

Idem. * *Disertim id unum incommodis desit meis.*

*

Idem.

Prô Dij immortales! speciem humanam, inusitatam, egregiam,
Indignam clade & * *squalitudine.*

*

Idem.

Sed memet * *calvor. vos istum, ut jussi, ocius*
Abstrahite –

Quem-

*

Quemadmodum impetum occupemus facere ultro in regem. Idem in *occupatus.*

*

*Nihil est, si autem ad te retardat, sotium in portu est, copiaque subsistat modo, tu te ipse effirma & * compara.* Mendosus multifariàm locus. Idem.

*

[a] *Heu mihi, ut etiam hac ærumna mihi luctum addit luctibus!* Idem in *miserari,* & in *solitatem.*

N. *Quid miserari id me Eurysacem tuam solitatem memoras, formidas tibi: te commiserebar magis, quam miserebar mei, & [b] multis mei & aliquando vexata generibus.* a Al. *Hei mihi,* b Al. *multis talia & a.* Vnde Delrio, *multi mali a.*

Luculentum, sed mirè depravatum, fragmentum.

*

*- Ille orbus, * exspes liberûm.* Idem.

*

* *Ilico inquam † habitat ovis quam propitius.* Idem.

† Al. *habitato, vis quam propius.* Merc. *habitat nobis quã propius.*

*

Atque, ut vides, non tenui de loco. Idem in *locus.*

FIDICINIS, imò FINIDIS.

Vide infra, PHINIDIS.

HECVBA.

*

Veter fatorum terminus sic jusserat. Prisc. l.6.

HELENIBVS.

*

Festus. *Signa extemplò canere, & tela ob * mœnia offerre imperat.*

*

Idem. *Qui, nisi * probrum, omnia alia indelicta æstimant.*

ILIONA.

*

Idem. *Aut stagnorum ‡ humorem * rimarentur loca.*
‡ F. *humora*, vel *humorûm*, vel *humidorum*, vel *humecta.*

*

Idem. *Ibo ad eam, ut sciscam quid velint: valvæ * sonunt.*
Hoc Iunij margo Pacuvio adscribit: mei codices non variant.

IONE. [Mss. Prisc. codd. IOE.]

*

Prisc. lib. 10. *Quibusnam te * aibant ortum locis?* * pro *aiebant.*

*

Idem lib. 6. & Macrob. lib. 6. c. 5. *Ex taurigeno semine ‡ ortam fuisse, an humano eam?*
‡ Al. *ortum*

*

Prisc. lib. cod. & Caris. l. 1. *Custodem assiduum Ióni † apposuit virgini.*
† Al. *instituit.*

*

Festus. * *Topper, ut fit, patris ‡ tunc eïcit iras.* ‡ Faërnus, *te eiecit foras.* Ful. Vrsinus, *ten' eicit ira?* vel, *pater istam eiecit foras.* Festus, *Attius in Iō.*

MEDEA

MEDEA [EXVLE.]

[Vide quædam huc pertinentia suprà, ARGONAVTIS.]

*

Ego me extollo in abietem, altè ex tuto prospectans Nonius.
** aucupo.*

*

*Primò ex * immani victũ ad mansuetum applicans.* Idem.

*

*- Fors dominatur, neque ulli vita * propria* Idem.
In vitâ est. -

*

*Principiò * extispicum ex prodigiis congruens ars* Idem.
te arguit.

*

Nisi ut ‡ astu ingenium, lingua laudem, dictis la- Idem in
ctem lenibus. ‡ Scal. *astu ingenii fingam, laudem, d. l. l.* *lactare.*

*

*† Tun' dia Medea es, cuius * aditum exspectans per-* Idem.
vixi usque adhuc?

† Ita Passeratius: pro quo vulgg. *Tune Diomedes & cuius.* F. *Tune Diomedes es, cuius a.* & in Fabulæ indice, *Accius Diomede*: non, *Accius Medea.*

*

*Nisi quas terrestris pontus strages * conciet.* Idem.

*

** Vagant, pavore * pecuda in tumulis deserunt,* Idem in
Qui nos pascet postea? - *pecuda*, &
vagant.

*

Quì potis est repelli quisquam, ubi nullus est cau- Idem in
sandi locus? *caussari.*

Par

*

Nonius. † *Par neci orbificor liberorum leto &* * *tabificabili.*
† *Pernici orbif.*

*

Idem. *Peritè in stabulis frenos immittens* * *feris.* * Id est, *equis.*

*

Idem in *horrēdum.* *Vt tristis turbinum toleraret hyemes, mare cùm horret fluctibus.*

*

Idem. * *Lavere salsis vultum lachrymis.*

*

Idem. † *Exsul, inter hostis,* * *exspes, expers, desertus, vagus.*
† F. *Accius Medea exsule: Inter hostis,* &c.

*

Prisc. l. 7. *Apud vetustam turrem.*

MELEAGRO.

*

Nonius in *ruspari.* *Vagent ruspantes sylvas,* † *sectantes feras.*
† Bellissimè sic Scaliger; dignumque visum, quod in contextum reciperetur. Vulgò nimis putidè. *sextam tesseras.*

*

Idem. *Quæ* * *vastitudo hæc, aut unde invasit mihi?*

*

Idem in *herba* pro *palma, vel victoria.* *Gaudent,* † *currunt, celebrant, herbam conferunt,*
‡ *donant, tenent,*
Pro se quisque, cum coronâ clarum * *constat caput.*
† Lipſ. *currum celebrant.* ‡ Al. *dona tenent* * *constitit,* ex Cuiaciano Ms. edidit Mercerus. alioqui malit idem *circumstat* potiùs, quàm Scaligeri *conlustrat.* Alij, *connectit.* F. *convestit.*

Cuius

*

Cuius exuvias & coronam huic muneravit virgini. Idem, *dativus pro accusat.*

*

*Erat virile istuc, ferre advorsam fortunam * facul.* Idem.

*

* *Frigit fricantem corpus* † *aërium occultè abstruso in flumine.* Idem.

† Al. *actutum.* Merc. ed. *acuum,* ex Ms. Quid sit, N. L.

*

Frigit ‡ *aestas rubore ex oculis fulgens flammeo.* Ibidem.

‡ Gulielmius, *aestus,* legit.

*

† *Eum suum vitae finem ac fati internecionem fore Meleagro, * torris cùm esset interfectus flammeus.* Idem.

† Al. *Tum suae v. f. a. f. i. f. Meleagro, ubi torris esset i.*

*

*Remanet gloria apud me; exuvias * dignavi Atalantae dare.* Idem.

*

*Quis erit, qui non me spernens, * incilans probris,*
Sermone indecorans, turpi famâ differet? Idem.

*

*Quam invita * ancillans, dicto obediens viri.* Idem.

*

† *Tum ut eliminor clamore, simul ac nota vox ad auris accidit.* † *Timidè* Idem in *eliminare.*

*

Fruges ‡ *perhibet grandescere.* ‡ Al. *prohibet pergrandesc.* Idem in *grandire.*

Labore

*

Nonius. *Labore aut minuat * itiner ingressum via.*

*

Idem *levare* pro *minuere.* *Cave lassitudo poplitum cursum levet.*

*

Idem. *Nunc si me matrem * mansues ‡ misericordia*
Capsit. - ‡ Al. *miseria*

*

Idem. *Heu cor ira * fervit caecum, amentiâ rapior, † feror.*
† Al. *ferorque.*

MENALIPPO. [MELANIPPA.]

*

Cic. Tusc. 3. & Nonius in *invidit illam rem.* *Quisnam florem liberûm invidit meûm?*
Sic Cicero. Nonius ad hunc modum:
Unde, aut quis mortalis florem liberûm invidit meûm?

*

Festus. *Te esse huic * noxae obnoxium.*

*

Idem. *Neque * ratum est, quod dicas; neque quae agitas,*
‡ discendi est locus. ‡ F. *dicendi.*

*

Idem. *Constituit, cognovit, sensim conlocat se in celsum locũ;*
*Hinc manibus rapere * rodus saxeum grãde & grave.*

*

Varro lib. 6. *Incuriosa itaque es, Menalippe, reiicis abs te religionem; scrupeam. Imponas.* -

Credite

*

Credite amici morte me imbuturum manus. Nonius in *imbuere*

*

*Regina, erit tempus cũ hic * torris, quẽ amburi vides.* Idem.

*

‡ *Obvia amens idque advorsum * aptus, alter in promptu occupat.* Idem.

‡ Priora hæc manifestò depravata. Vide Notas.

*

*En eum aliquis * cette in conspectum, aut nos, ubi est, ducite ad eum.* Idem.

*

Est res aliqua, quæ præsente his priùs maturè institit. Idem in *præsente his.*

*

*Paratus sum ubivis petere pestem, * perniciem.* Idem.

*

Egone auxilio motus, temerè ut hosti me animato offeram? Idem in *anima.*

*

*Hic Melanippum interea traiectus nemorum in * salti faucibus.* Idẽ *salti pro saltus.*

*

Prò Iupiter! ...... Festus in *pro.*

*

Revolso stipite. .... Idem in *stipes.*

In litura hæc apud Festum.

MINOTAVRO.

*

Taurigeno semine ortum fuisse, an humano. Macrob. lib. 6. c. 5.

Idem suprà, IONE, ex Prisciano. An legendum apud Macrobium? *de Minotauro*, pro *in Minotauro.*

MYR-

MYRMIDONIBVS.

*

Nonius in *pervicacia & pertinacia.*

Tu pertinaciam esse, ‡ *Antiloche, hanc prædicas ;*
Ego pervicaciam aio, † *& à me uti volo.*
Nam pervicacem dici me esse, & vincere,
Perfacilè patior ; pertinacem nil moror :
Hæc fortes sequitur ; illam indocti possident.
Tu addis quod vitio est, demis quod * *laudi datur.*
‡ Al. *Archiloche.* † Frut. *& eâ.* Scal. *& hac.* * Scal. *probro.*

*

Idem.

Ego me non peccasse, planè ostendam ; aut pœnas * *sufferam.*

*

Idem, *accusativus pro genit.*

Mea fata in acie obliti.

*

Idem.

Nolo equidem ; sed tu huic, quem scis † *quali in te siet* † *quâ*
* *Fidelitate, ob fidam naturam viri*
Ignosce. -

*

Idem in *miertaret, pro mœrentem faceret.* Sed legẽdum, *mœraret*, aut *mœstaret.*

Quod si, ut decuit, stares mecum, haut me meus mœraret dolor ;
Iam diu inflammarier naves vidissent suas.
De restitutione huius loci, Notas consule.

*

Idem.

‡ *Classes trahere in salum, & vela ventorum* * *animâ immittere.* ‡ Ita scripsi cum doctis. Vulgò est, *Lassis.*

*

Idem in *cernere.*

Regnum tibi permitti malunt : cernam, tradam exercitum.

Iram

*

*Ită † infrenes, obstes animis, reprimas * confidentiam.* Nonius.
† F. *ni frenes.* Al. *in ferinis.* Sed vide, quàm longè recedat Fabriani codicis lectio: *Iram includant frenis, obstent a. reprimant c.*

*

*Tua * honestitudo Danaos decepit diu.* Idem.

NEOPTOLEMO.

*

*Vbi nihil contra rationem æquam habuit, * assensit silens.* Nonius.

*

*Vim, ferociam, animum, atrocitatem, iram, * acrimoniam.* Idem.

*

*Satis jam dictum est, neque ego * errantiæ animi pravè morigerabor.* * *Errantia*, id est, *error.* Idem.

*

*Dolet, * pudetque Graiûm me, & verò * piget.* Idem.

*

† *Sat in astu & fallendo * callet.* † F. *Satin' astu.* Idem.

*

Sed quem mihi jungent? cui, quæ cum illo fuerim, dignabor dari? Idem in *dignatus*, i. e. *dignus habitus.*
Secutus sum optimam Merceri castigationem.

*

*Atque adeo valvas * sonere sensi regias.* Idem in *sonit.*

*

Quid si ex Græciâ omne nomen Ilium par nemo reperiri potest? Idem, *genitivus pro dativo.*
Optimè Mercerus edidit: *Quid s. e. Græciâ omni illius p. n. r. p.*

*

Nonius in *mactare.* *Ita ut dixi, macte his armis; macte virtute patris.*

Benè Iunius versum hunc *Neoptolemo* asseruit. Apud Nonium enim perperam *Philocteta* legitur vulgò. In libris Mss. est, *Opeolempota*, corruptè, pro *Neoptolemo.* Idem etiam sic rectè versum emendabat.

*

Idem, & Gell. lib. 13. c. 3. *Vis veritatis atque * acritas.*

*

† *Decorare est satiùs, quàm urbem * tæniis.*

Festus. † F. *Deos ornare e.* sensu optimo: neque aliter Fruterius. Vel, *Decorare est satius quamobrem t.*

*

Idem. *Haud quisquam potis est * tolerare acritudinem.*

*

Sequens locus in liturâ est, ita erutus à Scaligero.

Idem. *Atque ego repercutio * ratibus mare.* * Id est, *remis.*

*

Nonius. ‡ *An pro me, Dane, quiete adiutem invenio; hortari * pudet, non prodesse id * piget.*

‡ Distortissimus locus; sed quem Criticorum curiosa felicitas dextrè integritati suæ restituit. Legendum enim apud Nonium: *Idem Andromeda: Nec quî te adiutem,* &c. Vide supra, ANDROMEDA.

*

Prisc. lib. 13. *Sed quesdam.*

NIPTRIS.

*

Nonius. *Inde advenio montem Oetam, scruposam * specum.*

Priscianus lib. 6. citat ex Pacuvij Niptris hæc verba: *Advenio in scruposam specum.* Ex quibus suspicio est, perperam Accio hunc locum à Nonio abscribi. Quare nos suo loco reposuimus. Vide Pacuviana, pag. 66.

NYC-

NYCTEGRESIA. [Al. NYCTEGERSIA.]

*

† *Lubet nunc attentare, † lubet nunc animo * ruſpari Phrygas.* Nonius.

† Ita omnino ſcribendum; non, *Iube n. a. iube n. a. r. Ph.*

*

*Claſſis adit, clauditur, * fervit.* Idem.

*

*Cuncta * expedibo; id modò juſiurandum date.* Idem.

*

*Illos ſuapte induxit virtus; tu laudem illorũ * levas?* Idem.

*

*Cuius vos * tumulti cauſſa accierim, & quid parem, advortite.* Idem.

Mendoſiſsimè vulgò conceptus hic locus.

*

*Scandit ora laterum * texta Volcani vorax.* Idem.

Variè medetur huic loco. Vide Notas. Non malè, *Scandit aura.*

*

*Id quod facis, gratum & * grave eſt.* Idem.

*

*Aut ego illum eripiam, aut illi pœnas * ſufferam.* Idem.

Hoc Fragmentum huc revocandum fide Mss. Non rectè Clytemneſtræ adſcribitur.

*

*Tune, ‡ quod ſupereſt, ſocium mittis leto, an * lucti pœnitet?* ‡ F. *quod ſupereſt ſociûm m.* Idẽ, pro *luctus.*

*

Nonius accusativus pro genit. *An ego Ulyssem oblivìscar unquam, aut quemquam præponi velim?*

*

Sequens Fragmentum Delrio huc etiam refert, cùm Andromachæ Accianæ adscripsisset priùs. Vtrobique perperam: & verè Ennio tribuitur, quod docemus in Notis.

Idem. *Annos malos multosque * longinquè à domo*
*Bellum gerentes * summum summâ industriâ,*

OENOMAO.

*

Nonius in obscœnum, & in favor. *Vos ite actutum, atque opere magno edicite*
Per urbem; ut omnes qui arcem asteumque accolunt
Cives, ominibus faustis augustam adhibeant
** Faventiam. ore * obscœna dicta segregent.*

*

Idem in seges. *Ferte antè Auroram radiorum ardentum indicem,*
*Cùm somno in * segetem agrestis cornutos cient,*
Vt rorulentas terras ferro † fidas † Sic libri. Scal. *rosidas.*
Proscindant glebas, arvoque ex molli exciteut.

*

Festus, & Nonius in numerum. *Ego ut essem adfinis tibi, non ut te extinguerem,*
Tuam petij gnatam. ‡ numerò te expurgat timor.
‡ Aliàs apud Nonium: *numerò te expurgasti.* *Numerò*, id est, *citò*.

*

Nonius. *Quemcunque insliteram * grumum, aut præcisum jugum.*

Saxum

*

*Saxum id facit * angustitatem, & sub eo saxo exuberans Scatebra fluvia eradit rupem.* Nonius.

*

*Præsto etiam adsum; exprome, quid fers; nam te longo * itere cerno vadere.* Idem.

*

Coniugium ‡ Tisis patere ad te itiner tendere. Idem.

‡ Al. *cisiis*. Delrio, *Pisis*.

*

*Atque hanc postremò Solis * usuram cape.* Idem.

*

*Horrida * honestitudo ‡ Europæ principium primum ex loco.* Idem.

‡ Locus mendosus.

*

*Atque ea coniecturâ * auguro.* Idem.

PARIDE.

[Suspectum. Vide Notas.]

*

** Frena ‡ thesauri equorum accommodant.* Nonius.

‡ Scal. *tensarij*. Merc. *tersa ori*.

PELOPIDIS.

*

*Nam me † ut credam ex tuo esse conceptum * satu,* Nonius.
Vt argumenta redigunt animum, & ‡ commovent.

† Sequor Merceri manum & codices. Vulgò, *N. m. heredem*. ‡ *commonent*.

*

Nonius. - *Et te ut triplici* lætarem bono.*

*

Idem, pro *luctus.* *Cesso ire hinc, & rapere * lucti vestẽ in leto coniugis?*

*

Gell. lib. 2. c. 6. & Nonius in *squalere.* itemque Macrob. lib 6. c. 7. ‡ Servius P. Danielis. † Marc. Capella lib. 3.

Eius serpentis squamæ squalido auro & purpurâ
† *Prætexta.* - † Nonius, *texta.*

*

‡ *Nec tibi me in hac re gratari decet.*

*

† - *Stimulóve cor meum.*

PERSIDIS.

[Præter Delriana super hoc Titulo, vide quædã in Notis.]

*

Prisc. De versib. Comic.

Satin' ut quem cuique tribuit Fortuna ordinem?
Nunquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum.

PHILOCTETE.

*

L. Apuleius De Deo Socrat. Mar. Victorin. lib. 2. & Io. Salisber. Polycratici lib. 6. c. 18

Petita hæc esse ex Tragœdiæ principio, testatur Apuleius.

Inclute, parvâ prædite † patriâ;
Nomine celebri, claroque potens
Pectore, Achivis ‡ classibu' ductor,
Gravis Dardaniis gentibus ultor,
Laërtiade. -

† Al. *formâ*

‡ Al. *classibus auctor.* Sic Mar. Victorin. sic Mss. Apul. & alij.

Contra

*

*Contra est eundum * cautim, & captandum mihi.* Nonius.

*

Quod ted' obsecro, ne isthac aspernabilem Idem.
* *Tætr tudo mea me ‡ inculta faxit.* ‡ Al. *in inculto*

*

*Vbi * habet? urbe, agróne?* * Id est, *habitat.* Idem in *habere.*

*

* *Contempla hanc sedem, in quâ ego novem hyemes saxo stratus pertuli.* Idem.

*

- *Vbi horrifer*
*Aquilonis stridor gelidas * molitur nives.*

Idem, & Cic. 1. Tusc. & Fragmẽtum de Metris, Censorino adscriptum.

*

‡ Fortitudinis quædã præcepta sunt, ac pænè leges, quæ effeminari virum vetant in dolore. Quamobrem turpe putandum est, non dico dolere (nam id quidem est interdum necesse) sed saxum illud Lemnium clamore Philoctetæo funestare:

‡ Cic. l. 2. de Fin.

Quod eiulatu, questu, gemitu, fremitibus,
Resonando multum flebiles voces refert.

Huic Epicurus comparet se, si potest:

Cui viperino morsu venæ viscerum
*Veneno * imbutæ tætros cruciatus cient.*

Idem 2. Tusc. & Nonius in *imbuere.* vbi, *Cum vip.*

Sit Epicurus Philocteta. Si gravis dolor, brevis. At jam decimum annum in speluncâ jacet. Si longus, levis. dat enim intervalla, & relaxat. Primùm non sæpè: deinde, quæ est ista relaxatio, cùm & præteriti doloris memoria recens est; & futuri atque impendentis torquet timor?

*

Cic. Tusc. 2.

Num igitur fortem virum, num magnanimum, num patientem, num gravem, num humana contemnentem potes dicere, aut Philoctetam illum, (quàm te enim malo dicere:) sed ille certè non fortis, qui

- jacet in lecto humido,

Qui *eiulatu, questu, gemitu, fremitibus*, &c.

Ibid.

Adspice Philoctetam: cui concedendum est gementi. ipsum enim Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum eiulantem. Nihil igitur hunc virum sagittæ, quas ab Hercule acceperat, tum consolabantur,

Cùm è viperino morsu, &c.

Itaque exclamat auxilium expetens, mori cupiens:

Cic. Tusc. 2.

Heu, quis salsis fluctibu' mandet
Me ex sublimi vertice saxi?
Iam jam absumor: conficit animam
Vis vulneris, ulceris æstus.

Difficile dictu videtur, eum non in malo esse, & magno quidem, qui ita clamare cogatur.

*

Cic. Epist. Famil. lib. 7. ep. 33.

- Pinnigero, non armigero in corpore,
Exerceantur tela, abiectâ gloriâ.

*

† Fragmētū de Metris Cēsorino adscriptū

† a *Pro veste pinnis membra textis contegit.*

*

‡ Cic. lib. 5. de Fin.

‡ Maximè quidem in hoc quidē genere vis est perspicua naturæ, cùm & mendicitatem multi perpetiantur, ut vivant: & angantur approquinquatione mortis homines confecti senectute: & ea perferant, quæ Philoctetā videmus in Fabulis. qui cùm cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum. b *Configebat ta: dus celeres, stans volantes,* (al. *volatiles*) ut apud Attium est, *pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat.* *a. b.* Hinc Scaliger exsculpsit, & duos versus connexuit;

Configo

*

Configo tardus celeres, stans volatiles,
Pro veste pennis membra textis contegens.

*

Quis tu es mortalis, qui in deserta Lemnia
*Et * tescate adportas loca?*

Festus in *tesca*, & Varro l.6 ex Scaligeri castigatione, hæc & sequētia.

Accij hunc versum apud Varronem ex Festo corrigit Fulvius Vrsinus; Varronemq; ipsum, hoc modo:

Quis tu es mortalis, qui in deserta & tesca te adportes loca?

Loca enim, quæ sint designat, cùm dicit: *Hephæsti lares* &c. Nam verbum *præstolare* ita mutat. *Lemnia* verò, quod bis positum est, videtur ei à malâ manum adiectū.

*

- Qui Lemni aspera
Tesca tuere & celsa Cabirum
Delubra tenes, mysteriaque
Pristina castis concepta sacris.

*

Et Volcania templa sub ipsis
Collibus, in quos delatu' locos
Dicitur alto ab † limine cœli, † Al. *lumine*
Ætnæâ vi spirante, vapor
Fervidus; unde ignis mortalibus
Divisse cluet doctu' Prometheus Cic. 2. Tusc.
Clepisse dolo, pœnasque Iovi
Fato expendisse supremo.

Varroniana, ex quibus istam anapæsticam coronidem ex Choro Attij & reliqua elicuit ac concinnavit Scaliger, hæc sunt:

Loca quædam agrestia, quòd alicuius dei sunt, dicuntur *Tesca*. Nam apud Attium in Philoctete, *Lemnia quis tu*

*

mortalis, qui indeserta & tesca te apportes loca? Loca enim, quæ sunt, designat cùm dicit *Lemnia.* † *Præstolare & celsa Cabirum delubra tenes, mysteriaque pristina casteis concepta sacreis.* Deinde, *Volcania templa sub ipseis collibus; in quos delatus locos dicitur alto ab limine cœli.* Et Nævius, (hinc facit Scaliger, *Ætneâ vi) Expirãte vapore vides unde ignes cluet mortalibus ‡ divis.*

† Al. *Presto litora rara excelsa.* Item: *Lemnia peræ esto litor arat.*

‡ Al. *divus*

Cætera quæ sequuntur, & superioribus coniunxit, petita sunt ex Cicerone; apud quem ita leguntur, lege metricâ non admodum religiosè observatâ:

Vnde ignis † lucet mortalibus clam divisus: eum doctus Prometheus clepsisse dolo, pœnasque Iovi fato expendisse supremo.

† Al. *elucet.* quod fuit antiquitus, *cluet.*

Turnebus hexametros constituit, & tanquam ex Nævio sint, perperam producit.

Varro l.6 & Servius P. Danielis, in 9 Æneid.

- Reciproca tendens
Nervo equino ‡ concita tela. ‡ Scal. *condi[illegible] t.*

*

‡ Macro. lib.6. c.1.

‡ *Quem neque tueri contra, nec affari queas.*

*

Idem lib. 6. cap. 5.

- Heu Mulciber
Arma ignavo invicta es fabricatus manu.

*

Ibidem.

Caprigenum trita ungulis.

*

Quintil. lib.5.c.10

† *Si imperasses tibi, ego nunc non essem miser.*
† Al. *Si par tibi esses, non ego n. e. m.*

Philocteta loquitur Paridi.

*

Nonius.

- Cui potestas si detur, tua
* *Cupienter malis membra discerpat suis.*

Agite,

*

Agite, ac, volnus ne succusset gressus, cautè ingredimini. Idem in *succussare.*

*

Phrygiam mitiorem esse immani Græciâ. Idem in *immane.*

Ita scripsisse Attium persuadet mihi elegantissimus Merc. Edd. vulgg. insulsè, *Phrygiam minorem esse immanem Græciam.*

*

Ita, ut dixi, macte his armis, macte virtute patris. Idem in *mactare.*

Hunc versum ex Accij Neoptolemo esse, rectè monuit Iunius. Recurre ad eam Fabulam.

*

Dracontem Accius in Philoctetâ, quod utique venit à nominativo *hic dracon.* Caris. lib. 1.

*

*Loca aspera, saxa * tesca tuor.* Festus.

Scaliger Attio tribuit, & Delrio Philoctetæ adscripsit. Ægrè assentior. Vide Festum.

PHINIDIS. [FINIDIS, Mss.]

*

† *Ac ubi curvo litore* ‡ *latrans* † *Hæc* ‡ Al. *latratu* Nonius.
*Vnda sub undis labunda * sonit.*

*

Simul & circum magna sonantibus Idem.
Excita saxis sæva sonando
† *Crepitu clangente * cachinnat.* † Al. *Cum crepitu*

*

*Aut sæpè ex humili sede * sublimæ advolant.* Idem.
* Merc. ed. *sublima evolat.*

Neque

*

Nonius. *Neque ulla* † *curas* * *finis interea datur.* † Id eſt, *cura.*

*

Idem. *Salſis cruorem guttis lachrymarum* * *lavit.* Al. *lavi.*

*

Idem. † *Abtorque proram, ac ſuppa tortas* copulas.*
† *Obtorque*, Paſſerat. De cæteris, in Notis.

*

Idem. *Quæ* ‡ *veat* ‡ *grafo tibi* congenerat gentium aut generum affinitas.*
‡ Sic fide membranarum ſuarum edidit Mercerus. De ſcripturæ morbo conſtat: de medicinâ nõ item. Sed videbimus in Notis.

*

Idem. †*Sevenis ſterilẽ eſſe illius operâ,* medicinâ autumans.*
† Ita Mercerus è libris: &, *Finidis.* Vulgò eſt, *Phœniſſis.* Corruptela huius loci, mira Criticos vaticinari adegit. Vide Coniectanea.

*

Feſtus. *Tacete, & tonſillas littore in lævo edite.*

PHOENISSIS.

*

Priſc. De verſ. Comicis.
Sol, qui micantem candido curru atque equis
Flammam citatis fervido ardore explicas,
† *Quianam tam adverſo augurio & inimico omine*
Thebis radiatum lumen ‡ *oſtendis tuum?*

† I. e. *cur.* Quod qui non intellexerunt, variè interpolarunt. Legitur enim al. *Quam natum*, al. *Quia natum*, al. *Quique natum.* ‡ Alias *oſtentum* in membranis legi, annotat Delrio.

*

Nonius. * *Viciſſitatemque imperitandi tradidit;*

*

*Ne eorum * dividæ ‡ discordiæ dissupent*
Et disturbent tantas & tam opimas civium
Divitias. - Nonius.

‡ Ita libri scripti & antiquæ edd. non, *dividiæ discordes.*

*

Iussit proficisci exsulium quovis gentium,
*Ne scelere tuo Thebani * vastescant agri.* Idem.

*

*Egredere, exi, effer te ex urbe, * elimina.* Idem.

*

*‡ Obit nunc vestra mœnia, & omnis * saucios*
Convisit, ut curentur diligentiùs. Idem.

‡ Amplectimur scripturam Merc. Vulgg. *Vbi n.*

*

*Delubra cœlitum, maris * sanctitudines.* Idem.

*

Incusant ultrò, à fortunâ opibusque omnibus
*Desertum, abjectum, afflictũ ex animo * expectorant.* Idem.

*

Gnatus ‡ virtute sceptrum potiretur patris. Idem, *potior illam rem.*

‡ Merc. ed. *ut tute.*

*

*Ibi fas, ibi cunctam antiquam * castitudinem.* Idem.

*

*Ab dracontis stirpe armatâ exortus, genere * antiquior.* Idem.

Hæc lectio nobis arridet. Alij aliter.

*

*Quæ ego cũcta esse fluxa in meâ re * creperâ comperi.* Idem.

*

Num pariter videor ‡ patris vesci præmiis? ‡ F. *partis* Idẽ, *vesci* i. e. *uti.*

PRO-

PROMETHEO.

*

Prometheus ad Caucaſum affixus.

Cic. 2. Tuſc. Ciſsimulat auctorem Tullius. Ex Æſchylo tamen trāſlatos conſtat; & quidē ab Attio. ſub cuius nomine Nonius locum ex his producit; meminitq; prætereа Attianæ huius Fabulæ in v. *gelus*; ſubſcribente Priſciano.

Titanum ‡ ſoboles, ſocia noſtri ſanguinis, ‡ *ſuboles*
Generata cœlo, adſpicite religatum aſperis
Vinctumque ſaxis; navem ut horriſono freto
Noctem paventes timidi adnectunt navitæ:
Saturnius me ſic infixit Iupiter,
Ioviſque numen Mulcibri adſcivit manus.
Hos ille cuneos fabricâ crudeli inſerens
Perrupit artus: quâ miſer ſolertiâ
Tranſverberatus, caſtrum hoc furiarum incolo.
Iam tertio me quoque funeſto die,
Triſti advolatu aduncis lacerans unguibus
Iovis ſatelles paſtu dilaniat fero:
Tum † jecore opimo farta & ſatiata affatim, † *iecure*
*Clangorem fundit vaſtum, & * ſublimè ‡ advolans*
Pinnatâ caudâ noſtrum adulat ſanguinem.
Quum verò adeſum inflatu renovatum eſt jecur,
Tum rurſus tætros avida ſe ad paſtus refert.
Sic hunc cuſtodem mœſti cruciatus alo,
Qui me perenni-vivum fœdat miſeriâ.
Namque, ut videtis, vinclis conſtrictus Iovis,
Arcere nequeo diram volucrem à pectore.
Sic me ipſe viduus † peſtes excipio anxias,
Amore mortis terminum anquirens mali:
*Sed longeà * leto numine aſpellor Iovis:*
Atque hæc vetuſta, ſæclis glomerata horridis,
Luctifica clades noſtro infixa eſt corpori;
Ex quo liquatæ Solis ardore excidunt
Guttæ, quæ ſaxa aſſiduè inſtillant Caucaſi.

* Al. *leto*, malè.

* Hæc & ſequentem verſum producit Nonius in *adulatio.*
‡ Al. *avolans.* † *noctes* habet Scal. Comment. in Diras.

*

Atqui, Prometheu, te hoc tenere existimo,
Mederi posse rationem iracundiæ.

Promethus. — Idem Tusc. 3.

Siquidem qui tempestivam medicinam admovens
Non adgravescens volnus illidat manus.

*

Tum profusus flamine hyberno gelus. — Nonius, *gelus masc. gen.* & Prisc. l. 6.

STASIASTIS, vel TROPÆO.

*

† *Lib. i.* * *corporare abs tergo es ausus.* — Nonius.

† F. *Vbi corp.* vel, *Liberos corp.* vel, *Tropæo Liberi*: C.

*

‡ *Tum sibi deloi de lore hoc anima corpus* * *liquerit.* — Idem in *liquidum.*

‡ Contaminatissimus locus. Mss. alij libri, *Tum libide delide lore h.* Concurrite arioli.

*

Volnere tetro deformatum suo sibi * *lautum sangui-*
ne tepido. — Idem.

*

Non vides, quam turbam, quosve fluctus concites? — Idem.

TELEPHO.

*

Iam jam stupido Thessala somno
Pectora langentque, senentque. — Prisc. l. 10

His videntur continuò annectenda:

Iam jamque Auroram
Rutilare procul cerno. — Varro lib. 6. ex eodem Poëta,

nullius tamen Fabulæ mentione factâ.

Nam

*

Macrob. lib.6. c.1.

Nam si à me regnum Fortuna atque opes
Eripere quivit, at virtutem non quiit.

*

Nonius.

- Quem ego ubi adspexi, virum
Memorabilem intui viderer, ni vestitus tæter,
* *Mœstitudo, vastitudo prædicarent hominem esse.*

Non vacare insigni mendo hic locus videtur.

*

Idem in *properiter*, & *fuga*, & *molle*.

- Remisque nixi, properiter navem in fugam
† *Tradunt, subter saxa ad lævam, quà* ‡ *mons mollibat mare.*

† *Transdunt*, Merc. ed. ‡ *montem*, vult Scal. minùs benè.

*

Idem.

Nunc tu in re * *creperâ tuâ quid capias consilij, vide.*

*

Idem.

Proinde ista hæc tua aufer * *terricula, atque animum iratum comprime.*

*

Idem.

- Studiumque * *iteris reprime.* * i. e. *itineris.*

*

Idem, *augura* pro *augur.a.*

Pro certo arbitrabor sortis oracla, adytus * *augura.*

*

Idem.

Profectò haudquaquam est ortus ‡ *meliori* * *satu.*

‡ *Mediocri s.* Ms. c. De hoc loco consulendus in Animadvers. Iunius.

*

Idem in *cuius* & *cuiatis.*

Qui neque cuiatis esset, unquam potuimus multa crogitantes † *sciscere.* † Al. *resciscere*; item, *scire.*

Nam

*

Nam etsi opertus squalitate est, luctuque † horrificali. Nonius in *squallor.*
† F. melius, *horrificabili.*

*

*Ære atque ferro * fervere, igni, insignibus Florere.* - Idem.

*

Nam is demùm miser est, cuius nobilitas miserias nobilitat. Idem in *nobile.*

*

** Flucti cruoris volverent mihi.* * i. e. *fluctus.* Idem.

*

Quantam Tyndareo gnata, & Menelai domus
Molem excitarit belli, pastorq́ ‡ illius. ‡ *Ilius.* Prisc. De versib. Comic.

TEREO.

*

Tereus indomito more atque animo barbaro
Conspexit in eam, † amore vecors, flammeus, &
Depositus: facinus pessimum ex dementiâ
Confingit. - † *a. vecors flammeo,.* Nonius in *deponere.*

*

Video ego te, mulier, more multarum utier,
Vt vim contendas tuam ad majestatem viri. Idem in *contendere,* & *multos.*

*

O suavem linguæ sonitum, ô dulcitas ‡ conspirantis animæ. Nonius.
‡ Al. *conspiritum.* Mss. *conspiratū.* è quo docti, *conspirantis.*

*

Nonius bis. † *Deum Cadmo generatum* † *Semelâ* * *affare*, & † *famulanter pete.*

† Coniicit Delrio, *Deum Cadmigenam, natum Semelâ, aff.* Fabri Cod. *simul aff.* Al. *semel.* Vulgò, & apud H. Steph. corruptissimè legitur hic locus. Vide in *famulanter*, & *affari.*

*

Idem. *Atque id ego semper mecum sic agito &* * *comparo,*
Quo pacto magnam molem minuam.

*

Idem. *Alia hic* * *sanctitudo est, aliud & nomen & numen Iovis.*

*

Idem. ‡ *Fama, non nobilitas alta ex stirpe, præclarè* * *vagat.*

‡ Sic rectè à nobis constitui putamus locum aliàs distortum ac involutum. Vulgò, *Fama nam nobilitas lata e. st.* Al. *Flamma,* & in fine *præclarè viget, vagat.*

*

Idem in *ferus & ferox.* *Novus novo* † *habitu, advena*
Animo audaci in medium proripit sese ferox.

† Ita scripsi cum Mercero. Vulgg. nullo sensu, *dabunt.*

*

Idem in *occupatus.* ‡ *Sed ubi clamor is regem auferre ab reginâ occupo puerum.* ‡ Ex felicissimâ castigatione Iunij; qui nomen Fabulæ corruptissimo apud Nonium loco vindicavit: *Idem Tereo*, legens, pro *fidem per eos,* &c. Merc. edit. *Sed nisi clamoris r.*

TRA-

TRACHINIIS.

*

Herculis tunicati eiulatio.

O multa dictu gravia, perpessu aspera, Cic. 2. Tusc.
Quæ corpore † *exanclato atq; animo pertuli.* † Al. *exantlavi*, & *exanclata*.
Nec mihi Iunonis terror implacabilis,
Nec tantũ invexit tristis Eurystheus mali,
Quantum una vecors Oenei partu edita:
Hæc me irretivit veste furiali inscium,
Quæ lateri inhærens morsu lacerat viscera,
Urgensque graviter pulmonum haurit spiritus:
Iam decolorem sanguinem omnem exsorbuit,
Sic corpus clade horribili absumptum extabuit.
Ipse alligatus peste interimor textili.
Hos non hostilis dextra, non terrâ edita
Moles gigantum, non biformato impetu
Centaurus ictus corpori ‡ *inflixit meo;* ‡ Al. *infixit*
Non Graia vis, non barbara ulla immanitas,
Non sæva terris gens relegata ultimis;
Quas peragrans, undique omnem hinc feritatẽ expuli:
Sed feminea † *vi, feminea interimor manu.* † Al. *vir*, ineptè.
O nate, verè hoc nomen usurpa patri,
Nec me occidentem matris superet caritas:
‡*Huc arripe ad me manibus abstractã piis:* ‡Al. *Heu a.*
Iam cernam, méne an illam potiorem putes.
Perge, aude, nate; illacruma patris pestibus:
Miserere. gentes nostras flebunt miserias.
Heu! virginalem † *me ore ploratũ edere,* † Lambin. *more*. F. *Heu, virginali me ore pl. e.*
Quem vidit nemo ulli ingemiscentẽ malo!
Sic feminata virtus afflicta occidit?
Accede, nate; adsiste. miserandũ adspice

Evisceratum corpus lacerati patris.
Videte cuncti: tuque cœlestum sator
Iace, obsecro, in me vim coruscam fulminis.
Nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vortices:
Nunc serpit ardor. ô ante-victrices manus!
O pectora! ô terga! ô laçertorum tori!
Vestróne pressu quondam Nemeæus leo
Frendens efflavit graviter extremum halitum?
Hæc dextra Lernā † tatrâ mactatâ excetrâ † Al. *tetram*
Placavit? hæc bicorporem afflixit manum?
Erymanthiam hæc vastificam abiecit beluam?
Hæc, ‡ è Tartareâ tenebricâ abstractū plagâ, ‡ Al. *à*
Tricipitem eduxit Hydrâ generatum canem?
Hæc interemit tortu multiplicabili
Dracontem, auriferam obtutu † observantem arborem? † Al. *adservantem*
Multa alia victrix nostra lustravit manus.
Nec quisquam è nostris spolia cepit laudibus.

*

Scaligero Coniectan. Varronian. lib. VI. ex Attij Trachiniis videtur:

*

Varro lib. 6.

‡ *Rectè perfecteis sacreis volt accipi.* ‡ Al. *Ritè p.*

THEBAIDE.

*

Nonius in *nitidāt.*

† *Quin id Circæo fonte adveniunt mundulæ nitidantur vulgo, pripendantur soni.*

† Hæc lectio est antiquar. editt. Al. *Quin idcirco fonte adveniunt m. n. vulgo qua præpediuntur vi soni pedum.* Merc. è libris Mss. *quadripedantur soni pedum.* Quæ vestigia sunt veræ lectionis, *quadrupedantum sonipedum.* Priora emendant docti, *Cùm è Dircæo fonte adveniunt.* In reliquis, mihi *mundulè nitidantur* videtur scribendum.

TROA-

TROADIDVS.

*

Saxo fruges frendas. Nonius in *fremere* & *frēdere.*

Idem videtur quod alibi è Troadibus citatum reperi:

‡ *Nocturnam saxo fruges franges torridas.* Servius Fuldanus in 1. Æneid.

‡ F. *Nocturna in saxo f. frendes t.* vel, *Nocturna saxo f.*

*

Sed utrum terramotus, sonitusve inferûm
Pervasit auris inter ‡ tonitra & turbines? ‡ *tonitrua* Prisc. l.6.

*

Huc refert Delrio incertum illud:

- Nam neque pretio,
Neque amicitiâ, neque vi impelli, neque prece
‡ quita sum. Diomed. lib. 1. cap. *de corruptis sive anomalis verbis.*

‡ Ita ille: sed in exemplaribus est, *quitus sum.*

EX INCERTIS ATTII FABVLIS.

*

*Neque vi tantâ quisquam est, neque tam abundans fortunis * ferox.* Nonius.

*

Nullum est ingenium tantum, neque cor tam ferum,
Quod non † labascatur linguâ, mitescat malo. Idem in *labascor*, pro *labo.*

† *labatur* Scaliger. F. *labascat*, vt versus constet.

*

‡ *Pars frena tersa ori equorum accomodant.* Idem in *frenos* & *frena.*

‡ Ex divinatione Merceri. Alij legunt, *Imparia frena tensarij e. a.* Vulgò aliter. Vide supra pag. 133.

*

Varro l.6 de L.L. *- Pervade polum*
Splendida mundi sidera bigis
Continuis ‡ se cœpit spoliis. ‡ Scal. *sex apta signis.*

*

Eodem. *Iamque Auroram rutilare procul cerno.*

*

Eodem. †*Oblivio lavet, quod incidit invidendū.* † Al. *Obviolavit*

*

Eodem. *Citiùs Orion patefit.*

*

Eodem. *Mystica ad dextram per vada vecti.*

*

Eodem. *Multis nomen vestrum numenque ciendo.*

*

Eodem. ‡ *Rectè perfectis sacris vult accipi.* ‡ Al. *Ritè*

*

Festus. *Cùm virginali * mundo clam † pater.* † *patre.*

*

Idem. *Sed jam propellunt * rates solum.*

*

Idem. * *Repudio eiecta ab Argis jamdudum exsulo.*

Videtur ex Medeâ eiusdem esse, atque ex eius personâ dici.

*

Idem in *reses.* *Odi residuos,* ‡ *sumno deditos atque inertes.* ‡ pro, *somno.*

Ita restituitur hic locus. apud Festum in liturâ est.

*

Idem. *Si ritè ad patriam salvus & * sospes pervenisset.*

Etiam hic locus ibidem in liturâ.

Iam

*

*Iam hanc urbem ferro * vastam faciet Peleus.* Festus.

*

* *Quadrurbem Athenas* Attius appellavit, quòd scilicet ex quatuor urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleusine, Pireæo, Sunio. Idem.

*

Custodem assiduum Ioni apposuit virgini. Caris. l. 2. & Prisc. l. 6. Vide in IONE.

*

‡ *Nam neq; pretio, neque amicitiâ, neque vi impelli,*
neque prece quitus sum. ‡ Diomed. l. 1.

*

Unde omnia perdisci ac percipi queuntur. Ibidem.

*

Gradus eliminat. Quintilian. lib. 8. c. 3.

*

Multa inventa expertaq; ex hoc sunt bona. Prisc. l. 8.

*

Non calidâ latice lautus. Idẽ lib. 5.

*

† *An hæc jam obliti sunt Phryges?* † Ruffin. de Metris.

*

‡ *Quinam Tantalidarum internecioni modus*
Paretur? aut quænam umquam ob mortem Myrtili
Pœnis luendis dabitur satias supplicij? ‡ Caris. l. 1. & Cic. de Natur. Deor. 3.

*

* *Quorum genitor fertur esse ops gentibus.* *Prisc. l. 7 & Caper; qui sic variat: *Quorũ genitor auxiliũ fuit gentibus?*

Loquitur de Hercule, teste Prisciano: *ops* pro, *opem ferens & auxilium gentibus.*

*

Servius Fuldanus 2. Æneid.

- *Præfervido fulgore* -
Ardor iniectus Iunonis dexterâ ingenti incidit.

Nota de Iunonis fulmine.

*

Ibid.

Vnde estis nautæ huc hyeme delati?

*

Cic. l. 3. de Offic.

Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni.

*

Eodem.

Fregistíne fidem? N. *Neque dedi, neque do infideli quoiquam.*

*

Cic. lib. 2 de Nat. Deor.

Atqui ille apud Attium pastor, qui navem nunquam antè vidisset, vt procul divinum & novum vehiculum Argonautarum è monte conspexit, primò admirans, & perterritus, hoc modo loquitur:

- *Tanta moles labitur*
Fremebunda ex alto, ingenti sonitu & spiritu.
Præ se undas volvit: vertices vi suscitat:
Ruit prolapsa: pelagus respergit: profluit.
Ita dum interruptum credas nimbum volvier,
Dum quod sublimè ventis expulsum rapi
Saxum, aut procellis, vel globosos turbines
Existere ictos undis concursantibus:
Nisi quas terrestres Pontus strageis conciet:
Aut fortè Triton fuscinâ evertens specus,
Subter radices penitùs undanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad cœlum eruit.

Dubitat primò, quæ sit ea natura, quam cernit ignotã: idemque, juvenibus visis, auditoque nautico cantu,

Sicut

Sicut inciti, atque alacres rostris perfremunt
Delphini. - item alia multa, *-Silvani melo*
Consimilem ad aures cantum & auditum refert.

Ergo ut hic primo adspectu inanimum quiddam sensuque vacuum se putaret cernere; pòst autem signis certioribus, quale sit id, de quo dubitaverat, incipit suspicari: sic Philosophi debuerant &c.

*

Quomodo nunc quidem est, non video, quo pacto *ille, cui in monte Oetæo illatæ lampades fuerint* (vt ait Accius) *in domum æternam patris ex illo ardore pervenerit.* Cic. 3. de Nat. Deor.

*

Ex eâ difficultate illæ *fallaciloquentiæ* (vt ait Accius) malitiæ natæ sunt. Cic. lib.4 de Fin.

*

Imò enimverò corpus Priamo reddidi, Hectorē abstuli. Cic. 1. Tusc.

*

Scindens dolore identidē intonsam comā (Agamemnō.) Cic. 3. Tusc.

*

Video sepolcra dua duorum corporum. Cic. in Oratore.

*

- Mulier una duûm virûm. Ibidem.

Inter Attiana etiam retulit Delrio. Sed Ciceronē vide.

Ecquis hoc animadvertit? vincite. Cic. 4. Tusc. & de Orat. 3

*

Apud Actium non *terminus*, sed *termen* dicitur. Varro l. 5 de L. L.

*

Obscænum dictū ab *scæna*. ea, vt Græci, & Actius scribit, *scena*. Idē lib. 6.

*

Alvus masculinè Attius frequenter dixit, quod usus magis celebravit. Caris. l. 1.

*

Carif.l.1. *Inimicitiam* Attius dicit.

*

Q. Teret. Scaurus de Ortograph. Accius geminatis vocalibus scribi naturâ longas syllabas voluit.

*

Marius Victorinus Artis Gram. l.1 cap. *De Ortographiâ.*

Antiqui consonantes literas non geminabant, vt in his, *Annius, Lucullus, Memmius*, & cætera his similia, sed supra literam, quam geminari oportebat scilicet, Sicilicum imponebant, cuius figura hæc est ◡. quod erat signum geminandi: sicut apparet in multis adhuc veteribus ita scriptis libris. Iidem voces quæ pressiore sono eduntur, *ausus, causa, fusus, odiosus*, per duo *s* scribebant, *aussus, caussa, fussus, odiossus*. Iuxtà autem non ponebant *e m:* deinde nec *Alcmenam* dicebant, nec *Tecmesam*, sed *Alcumenam* & *Tecumessam:* inde Alcumęon & Alcumena tragœdiæ. donec Iulius Cæsar, qui Vopiscus & Strabo, qui & Sesquiculus dictus est, primus de Tecmesâ scripsit tragœdiam suam, & in scenâ pronunciari iussit. ACCIVS verò cùm scriberet *anguis, angueis* imponebat. Item nec *ȥ* literam, nec *y* in libro suo retulit: quia quæ antè fecerant Nævius & Livius, cùm longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebant, præterquam quæ in *i* literam inciderant, hanc enim per *e* & *i* scribebant: *Gneius, Pompeius*, &c.

*

Varro l.1 de Origine L. L. teste Pri lib. 1.

Aggulus, aggens, agguilla, iggerunt: in eiusmodi Græci & Actius noster binam *gg* scribunt; alij *n* & *g*, quòd in hoc veritatem facilè videre non est; similiter *agceps* & *agcora.*

*

Varro de L. L. l. 9.

Hectorem, Nestorem Actius in Tragœdiis largiùs à priscâ consuetudine movere cœpit, & ad formas Græcas verborum magis revocare; & à quo Valerius ait, *Actius* HECTOREM *nollet facere*, HECTORA *mallet.*

*

Ovidius lib. 3. de Ponto, eleg. 9.

Auctor opus laudat. sic forsitan Accius olim
Thersiten facie dixerit esse bonâ.

RELIQVIARVM ATTII FINIS.

TRAGICORVM VARIORVM Fragmenta.

* ILII.

[* Poetæ nomen inſolens auribus Latinis, & meritò ſuſpectum. De eo nihil equidem alibi legi.]

EX THEVTRANTE.

*

Flammeam per æthrã † *altè fervidã ferri facẽ.* † Al. *latè* Macrob. lib. 6. c. 4.

[C.] GRANII.

[Ita Iunius, & Delrio. Vulgò eſt GRAIVS f. GRACCHVS. Vide infrà, & Notas.]

EX PELIADIBVS.

*

Sonat † *impulſa regia* * *cardo.* † *impulſu.* Nonius, *cardo fem. gen.*

MEMORIS. [Al. MEMMII.]

EX HERCVLE.

*

Ferte * *ſuppetias optimi comites.* Fulgentius Placiades.

[C.] IVLII [CÆSARIS STRABONIS.]

EX ADRASTO.

*

Cùm capita viridi lauro velare imperant
* *Prophetæ, ſanctæ caſtè qui purant ſacra.* Feſtus.

[SEM-

[SEMPRONII] GRACCHI.

EX THYESTE.

*

Prisc. l.6. & Fragmentum Cēsorino adjectū. *Mersit sequentis humidum plantis humum.*

EX ATALANTA.

*

Prisc. l.6. *O grata cardo regium egressum indicans.*

Q. LVTATII CATVLI.

EX ALCMÆONE.

*

Cic. in Lucullo, seu Academic. Quæst. lib. 4. al. 2

Quid? ipse Alcmæo tuus, Catule, qui negat cor sibi cum oculis consentire, nonne ibidem incitato furore;

Vnde hæc flamma oritur?

& illa deinceps,

Incede, incede: adsunt, : me, me expetunt.

Quid, cùm virginis fidem implorat?

Fer mihi auxilium. pestem abige à me,
Flammiferam hanc vim, quæ me excruciat.
† Cœruleæ incinctæ igni incedunt; † *Cœruleo i. angui i.*
Circumstant cum ardentibus tedis.

Num dubitas, quin sibi hæc videre videatur? itemque cætera:

Intendit crinitus Apollo
Arcum auratum lunâ innixus:
Diana facem jacit à lævâ.

Sed

*

Sed mihi neutiquam cor consentit cum oculorum aspestu. Ibid.]

VARII.

EX THYESTE.

*

Iam † *ferre infandissima, jam facere cogor.* † Al. *fero* Quintilian. lib. 3 c. 8. *Sic Atreus apud Varium:* I. f. Vbi sunt qui *Varũ* sive *Varrum* legant. Malè.

[CILNII] MÆCENATIS.

EX OCTAVIA.

*

† *Pexisti capillum naturæ muneribus gratum.* † Prisc. lib. 10.

INCERTVM EX QVO LIBRO.

‡ *Ades, inquit, o Cybelle, fera montium dea;*
Ades, & sonante tympano quate flexibile caput;
Latus horreat flagello, comitum chorus ululet. ‡ Atilius Fortunatianus in Arte.

*

Hic nympha cingit omnis Acheloïum senem. Ibid.

Hæc potiùs cothurni videntur, quàm superiora illa Prisciano laudata: quamquam ex alio Mæcenatis opere & poematio Matri Ideæ sacro desumpta possunt videri. ex Galliambo putà.

P. OVIDII NASONIS.

EX MEDEA.

*

Feror huc illuc, vt plena Deo. M. An. Seneca Suasor. 3.

Servare

*

Quintilian.lib.8. c. 5. *Servare potui, perdere an possum rogas?*

P. POMPONII SECVNDI.

EX ARMORVM IVDICIO.

Lactantius ad Stat. 10. Thebaid. *Tum præ se portant ascendibilem semitam*, quam scalam vocant.

EX ATREO.

Nonius. *Nunc te obsecro, stirpem ut evolvas: meorum genus * notifices mihi.*

EX CHORO INCERTÆ TRAGOEDIÆ.

Terētianus Maurus de Metris, & Marius Victorinus Artis lib. 3.

Rhœtæis procul à terris,
Priamique aras damnare pias,
Obrue nos Danaosque simul.

EX CHORO ITIDEM INCERTO.

*

Iidem, & D. August. lib. 4 de Musica.

Pendeat ex humeris dulcis chelys,
Et numeros edat varios, quibus
Adsonet omne virens latè nemus,
Et tortis errans qui flexibus
Vdis. [Tò *Vdis* non habet Terentianus, aut Victorinus.]

INCER-

INCERTVM ET ILLVD.

*

† *Lamen color tatrici mutat; lacrumis*
Se salsis ‡ lavitat, euita tundit dextera
Pectus. sati'st, ah blanda, fallax ....

‡ F. *lavit, ac enixâ*

Calpurnius Piso lib. 2. de Continent. Poetar. quo loco agit de vocum sectione, quæ Græcis τμήσις.

† Pro, *Lamentatrici color mutat.* Sic Ennius, *-saxo cere comminuit brum.* & Sempronius Gracchus, *-oblatam stultum est medi spernere cinam.* & Lucilius, *-insulta miserum te quoque in me:* pro, *comminuit cerebrum: spernere medicinam: in me quoque miserum insultate.*

RVTILII GEMINI.

EX ASTYANACTE.

*

‡ *Meliùs * suggrundarium misero ‡ quæreres, quàm sepulchrum.*

Fulg. Placiades.

Ita Merceriana editio hunc versum exhibet; Iuniana τὸ *misero* non habet. Alij scripti, *quæsieris miser, quàm s.* &, *quæreris m. q s.*

INCER-

INCERTORVM TRAGICORVM Fragmenta,

Laudata auctoris nomine nunquam adscripto, operisque titulo rarissimè addito.

*

Auctor Rhetoric. ad Herenn. lib. 2.

† *Apertè fatur dictio, si intelligas,* † *Apertæ*, Memmius.
Tali dari arma, qualis qui gessit fuit,
Iubet, potiri si studeamus Pergamo:
Quæ ego profiteor esse mea. me æquum est frui
‡ *Fraternis armis, mihiq; adiudicarier,*
Vel quòd propinquus, vel quòd virtutis æmulus.
‡ *Paternis*, Auratus.

*

Ibidẽ, & Cic. de Invent. 1.

† *Quâ causâ accusem hunc, nequeo exputando evolvere:* † Al. *Quare.*
Nam si veretur; quid eum accusem, qui est probus?
Sin inverecundum animi ingenium possidet;
Quid eum ‡ *accusem, qui id parvi auditu existimet?*
‡ Al. *accuses, q. i. p. a. æstimet.*

*

Nunc ego te ab summo jam detexam exordio.

*

Cic. lib. 3 de Offic.

Vtile videbatur Vlysi, vt quidem Poetæ Tragici prodiderunt: nam apud Homerum, optimum auctorem, talis de Vlysse nulla suspicio est: sed insimulant illum Tragœdiæ, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse. non honestum consilium, at utile (vt aliquis fortasse dixerit) regnare, & Ithacæ vivere otiosè cum parentibus,

tibus, cum uxore, cum filio. Vllum tu decus in quotidianis periculis & laboribus cum hac tranquillitate conferendum putas? Ego verò istam contemnendam & abiiciendam: quoniam quæ honesta non sit, ne utilem quidem esse arbitror. Quid enim auditurum putas fuisse Vlyssem, si in illâ simulatione perseverasset? qui cùm maximas res gesserit in bello, tamen hæc audiat ab Aiace;

Cuiu' ipse princeps jurisiurandi fuit,
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem.
Furere assimulavit: ne coiret, institit.
Quòd ni Palamedis perspicax prudentia
Istiu' percepset malitiosam audaciam,
Fide sacratum ius perpetuò falleret.

Illi verò non modò cum hostibus, verùm etiam cum fluctibus, id quod fecit, dimicare meliùs fuit, quàm deserere consentientem Græciam ab bellum Barbaris inferendum.

*

Vidi te, Vlysses, saxo sternentem Hectora; Caris. l. 4.
Vidi tegentem clypeo classem Doricam:
Ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam.

*

Quia mater gravida párere se ardentem facem Cic. l. 1. de Divinat.
Visa est in somnis Hecuba: quo facto pater,
Rex ipse Priamus, somnio mentis metu
Perculsus, curis † sumptus suspirantibus, † *sumptus*, pro *cōsumptus*; Vulgò ineptè, *sumptis*.
Exsacrificabat hostiis balantibus.
Tum ‡ coniectorem postulat, pacem petens, ‡ Al. *coniecturam*.
Vt se edoceret obsecrans Apollinem,
Quò sese vortant tantæ sortes somniûm.
Ibi ex oraclo voce divinâ edidit
Apollo; puerum, primus qui Priamo foret

Post-illa natus, † temperaret tollere:
Eum esse exitium Troiæ, pestem Pergamo.

† Ita rectè Victorius, & Gruterus. Vulgatum, *Post illa natus tempora, hunc si tolleret,* scioli est, non poetæ.

*

Cic.lib.1. de Divin. *Præsagibat animus frustra me ire, cùm exirem domo.*

*

Eodem. *Sed quid oculis rabere visa es derepentè ardentibus?*
Vbi paullò antè sapiens illa & virginali modestiâ?
Mater optuma, tũ multo mulier melior † mulierum,
Missa sum superstitiosis hariolationibus;
Neque me Apollo fatis fandis dementẽ invitam ciet.
Virgines verò æquales, patris mei, meũm factũ pudet.*
Optimi viri, mea mater, tui me miseret, mei piget.
Optumã progeniẽ Priamo peperisti extra me: hoc dolet,
‡ Me obesse, illos prodesse: me obstare, illos obsequi.

* Hoc hemistichium in Oratore etiam laudat.

† Tò *mulierum* additum è libris Gruterianis. Gulielmius versum concinnabat: *Mater optumatum multo mul. opt. mulierum.* ‡ Grut. vult, *Meme.* In quibusdam scriptis est, *Men.* F. *Med obesse, i. p. med obstare, i. o.*

O poema (exclamat Cicero) tenerum & moratum, atque molle!

*

Ibidẽ, & in Oratore. *Adest, adest fax obvoluta sanguine atque incendio:*
Multos annos latuit: † vos cives ferte opem, & restinguite.

† Al. *cives referte opem,*

*

‡ De Divinat. 1.
*Hic versus in Oratore quoque citatur.

‡ Iamque mari magno classis cita
** Texitur: exitiũm examen rapit;*
Advenit, & fera velivolantibus
Navibu' complevit manu' littora.

Eheu,

*

Eheu, videte: judicavit inclutum
Judicium inter Deas treis aliquis, quo judicio
Lacedæmonia mulier, Furiarum una, adveniet. Cic. 1. de Divin.

*

Nam ſapiens virtuti honorem, præmium, haud prædam petit. Cic. de Oratore lib. 3.

*

Ecquid video? ferro ſeptus poſſidet ſedes ſacras. Ibid.

*

Quò nunc me vertam? quod iter incipiam ingredi?
Domum paternámne? anne ad Peliæ filias? Ibid.

*

- Inhorreſcit mare,
Tenebræ conduplicantur, noctiſque & nimbûm occæcat nigror,
Flamma inter nubeis coruſcat, cœlũ tonitru cõtremit,
Grãdo miſta imbri largiſluo ſubita præcipitans cadit:
Vndiq; omnes venti erumpunt, ſævi exſiſtũt turbines.
Fervit æſtu pelagus. - Ibid.

*

† *Video, video te: vive, Vlyſſes, dum licet,*
Oculis poſtremum lumen ‡ *radiatum* * *rape.*
† Ita hos verſus conſtituimus, & legimus. ‡ Muretus corrigit, *radiantis.* * Al. *cape.* malè. Cic. 3. de Oratore, & in Lucullo, ſive Acad. quæſt. 4.

*

- Nolite hoſpites adire ad me
Illico iſtic, ne contagio mea bonis umbrave obſit.
Tanta vis ſceleris in corpore hæret.
N. *Quidnam eſt, obſecro, quid te adiri abnutas?* Cic. de Oratore 3. & Tuſc. 3.

l 2 *Adſum*

*

Cic. 1. Tusc. *Adsum, atque advenio Acheronte, vix viâ altâ atque arduâ,*
Per speluncas saxis structas asperis, pendentibus,
Maximis. ubi rigida constat crassa caligo inferûm.

*

Ibid. *Vnde animæ excitantur obscurâ umbrâ, aperto ostio*
Alti Acherontis, falso sanguine imagines mortuorum.

*

Ibidẽ, & 3. itemq; de Oratore 3. & pro Sextio. *O pater! ô patria! ô Priami domus!*
Septum altisono cardine templum:
Vidi ego te adstante ope barbaricâ,
Tectis cælatis, ‡ laqueatis; ‡ Apud Servium, *lacuatis.*
Auro, ebore instructam regificè.

*

Tusc. 1. & 3. deq; Orat. 3. *Hæc omnia vidi inflammari,*
Priamo vi vitam evitari,
Iovis aram sanguine turpari.

*

Ibid. *Vidi, videre quod me passa sum ægerrimè,*
Hectorem quadriiugo curru raptarier.

*

* Tusc. 1. & in Lucullo, sive Acad. quæst. 4. idem pro Sextio, & Horat. l. 2 Sat. 3. † Tusc. 1. ‡ De Fin. 2.

* *Mater, te apello, quæ curã somno suspensam levas,*
Neque te mei miseret. surge, & sepeli natum,
* *priùsquam feræ volucresque.*

*

† *Heu relliquias semiassi regis, denudatis ossibus,*
Per terram sanie delibutam fœdè divexarier.

*

‡ *Nemo pius est, qui pietatem cavet.*

[*Probæ*]

*

[Probæ] etsi in segetem sunt deteriorem datæ
Fruges, tamen ipsæ suapte naturâ enitent. Cic. 2. Tusc.

*

O Patrocle, ad vos adveniens auxilium & vestras manus peto, Ibid. & in Oratore.
Priusquàm oppeto malam pestem, mandatam hostili manu.
Neq; sanguis ullo potis est pacto profluens consistere.
Si quâ sapientiâ magis vestrâ devitari mors potest:
Namq; † Æsculapii liberorũ saucii opplent porticus:
Non potest accedi. † Al. *Æsclapij l.*

*

- Qui alteri exitium parat, Cic. 2. Tusc.
Eum scire oportet, sibi paratam pestem, ut participet, parem.

*

Eloquere, res Argivûm prœlio ut se sustinet? Ibid.

*

- Quiesce igitur, & volnus alliga. Ibid.

*

- Vbi fortunâ Hectoris Ibid.
Nostram acrem aciem inclinatam -

*

Impius hortatur me frater, ut meos mális miser Cic. 3. de Orat. & 4. Tusc.
‡ Mandem natos, eorum adponit viscera.
‡ Al. *Manderem.*

*

Ob scelera, animique impotentiam, & superbiloquentiam.

*

Cic. 3. de Orat. *Iterum Thyestes Atreum attractum advenit,*
Iterum jam aggreditur me, & quietum exsuscitat.
Maior mihi moles, maius miscendum est malum,
Qui illius acerbum cor contundam & comprimam.

*

Cic. 4. Tusc. *Quis homo te exsuperavit unquam gentium impudentiâ?*
Quis autem malitiâ te?

*

Tusc. 5. *Proinde ita parent se, in vitâ ut vinci nesciant.*

*

De Nat. Deor. l. 3 *Nequaquam istuc istac ibit. magna inest certatio,*
Nam ut illis supplicarem tantâ blandiloquentiâ.

*

Ibid. *Qui volt, quod volt; ita dat se res, ut operam dabit.*

*

Ibid. *Ille transversâ mente mihi hodie tradidit repagula,*
Quibus ego iram omnem recludam, atque illi perniciem dabo:
Mihi mœrores, illi luctũ: exitium illi, exilium mihi.

*

Ibid. *- Postquam pater*
Appropinquat, jamq́, penè ut comprehendatur parat,
Puerum interea obtruncat, membraque articulatim dividit,
Perque agros passim dispargit corpus. id eâ gratiâ,
Vt, dum nati dissupatos artus captaret parens;
Ipsa interea effugeret: illum ut mœror tardaret sequi:
Sibi salutem ut familiari pareret parricidio.

Quod

*

Quod in re summâ summum esse arbitror Cic. 3. de Nat. Deor.
Periclum, matres coinquinari regias,
Contaminari stirpem, admisceri genus.

*

Addo huc, quòd mihi portento cœlestum pater
Prodigium misit, regni stabilimen mei, † Tusc. 1. & orat. in L. Pisoné. ubi primus versus aliter. vide Notas, & Fragmenta Ennij ex Thyeste.
Agnum inter pecudes aureâ clarum comâ;
Quondam Thyesten clepere ausum esse è regiâ:
Quâ in re adiutricem coniugem cœpit sibi.

*

† *Ipse summis saxis fixus asperis,*
Evisceratus, ‡ *latere pendens, saxa spargens tabo,*
Sanie & sanguine atro. - ‡ Gulielmius vult, *lacerè p.*

*

Neq; sepolcrum, quò recipiat, habeat, portum corporis; Ibid.
Vbi, remissâ humanâ vitâ, corpus requiescat [a] malis.

*

Quemnam te esse dicam? qui tardâ in senectute. Cic. in Oratore, ex Thyeste; Ennij fortassis.

*

‡ - *Neque me patiar iterum*
Ad unum scopulum & telum classem Achivûm offendere. ‡ Cic. de Oratore 3

*

Erras, erras: nam exsultantem te, & præfidentẽ tibi Eodem.
Repriment validæ legum habenæ, atque imperij insistent jugo.

*

Segregare abs te ausus. Eod.

*

Ecquis hoc animadvertit? vincite. (Ex Atreo.) Eod. & 4. Tusc.

*

Tusc. 3. *Refugêre oculi, corpus macie extabuit,*
Lacrumæ peredêre humore exsangueis genas,
Situ nidoris, barba pœdore horrida,
Atque intonsa, infuscat pectus inluvie scabrum.

*

Tusc. 3. *Pol mihi fortuna magis nunc desit, quàm genus.*
Namque regnum suppetebat mihi. ut scias quanto è loco,
Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat.

*

Tusc. 3. *Ego, cùm genui, tum † moriturum scivi, & ei rei sustuli.* † Al. *morituros.*
Præterea ad Troiam cùm misi ad defendendam Græciam,
Scibam me in mortiferũ bellum, nõ in epulas, mittere.

*

Tusc. 3. *Hiccine est Telamo ille, modò quem gloria ad cœlum extulit?*
Quem aspectabant? cuius ob os Graii ora obvertebant sua?

*

Cic. 2. Tusc. *Cœlum mitescere, arbores frondescere,*
Vites lætescere, pampinis pubescere,
† Idẽ de Oratore 3. hunc vers. citat. *Rami † baccarum ubertate incurvescere,*
Segetes largiri fruges, florere omnia,
Fontes scatére, herbis prata convestirier.

*

Tusc. 2. ex Epigonis. *Audisne hæc, Amphiaraë, sub terram abdite?*

*

Inter se strepere, aperteq; artem obterere extispicum,
Solvere imperat secundo rumore, adversâque avi.

Quo

*

- *Quo genere nil est arrogantius:* Cic. de Divin. lib. 2.
Quod est ante pedes, nemo spectat: cœli scrutantur plagas.

*

Nihil horum simile apud Lacœnas virgines; Tusc. 2.
Queis magi' palæstra, Eurota, sol, polvis, labos,
Militia in studio est, quàm fertilitas barbara.

*

-*Si telum manu fugit.* De Oratore 3.

*

O Apollo, qui umbelicum certum terrarum obsides, Cic. 2. de Divin.
Unde superstitiosi primùm sæva evasit vox fera.

*

Anguens ingentes alites, juncti jugo. Idē 1. de Invent.

*

Cùm te ‡ expetebant omnes florentissimo Ibid. & Auctor Rhetor. ad Herenn. 2.
Regno, reliqui: nunc desertum ab omnibus,
Summo periclo, sola ut restituam, paro.
‡ Al. *expectabunt o.*

*

Ego sum Orestes. Cic. lib. 5 de Fin. Sed Pacuvii esse, innuit de Amicit.

*

Immò enimverò ego sum, inquam, Orestes.

*

‡ *Ubi initiantur gentes orarum ultimæ.* ‡ Cic. l. 1. de Nat. Deor.

*

Cic. in Oratore.

Verba (ut ſuprà diximus) legenda ſunt potiſsimùm benè ſonantia; ſed ea non, ut poetæ, exquiſita ad ſonum, ſed ſumpta de medio.

Quà pontus Helles. -

ſuperat modum: At,

Auratus aries Colchorum,

ſplendidis nominibus illuminatus eſt verſus: ſed proximus inquinatus, inſuaviſsimâ literâ finitus,

Frugifera & ferta arva Aſiæ tenet.

Quare bonitate potiùs noſtrorum verborum utamur, quàm ſplendore Græcorum; niſi fortè ſic loqui pœnitet, *Quâ tempeſtate Paris Helenam*, & quæ ſequuntur.

*

Cic. 3. de Orat. & in Oratore.

Quâ tempeſtate † Paris Helenam innuptis [ſibi] iunxit nuptiis,
Ego tum gravida [fui] expletis jam ferè ad pariendum menſibus,
Per idem [propè] tempus Polydorum Hecuba partu poſtremo parit.

† Delrionis editio, *parens.*

*

Idem in Oratore.

Imò verò iſta ſequamur, aſperitatemque fugiamus:

Habeo ego iſtam perterricrepam -

Idemque:

Nam non vis huius me verſutiloquas malitias.

Nec ſolùm componentur verba ratione, ſed etiam finientur; quoniam id ad judicium eſſe alterum aurium eſſe diximus.

*

Ille qui in ſcenâ elatus incedit, & hæc reſupinus dicit, [hiſtrio ſub perſonâ Atrei] L. An. Seneca Epiſt. 80. & Quintilian.l.9. cap. ult.

**Impero Argis*, † *regna mihi liquit Pelops*, * *Imperitod A.*
‡ *Quà ponto ab Helles, atque ob Ionio mari*
Vrgetur Iſthmos. † Al. *ſceptra.* Sic Fabius. ‡ *Quà pontus Helles*, Cic. in Oratore.

ſervus eſt, quinque modios accipit & quinque denarios. Ille qui ſuperbus atque impotens, & fiduciâ virium tumidus ait:

Quòd niſi quieris Meneläe, hac dextrâ occides. Ibid. Sen.

diurnũ accipit, in † cœnaculo dormit. † *Al.* centunculo.

*

† *Iove propagatus eſt (ut perhibent) Tantalus,* Quintil. l.9. c.3. & Diomed. lib. 2.
‡ *Ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem ſatus*
Atreus; qui noſtrum porrò propagat genus.
† Al. I. *prognatus e.* ‡ *Ex Tantalo ortus P. ex P. ſ.*

*

Si quidem ſit quiſquam Deus, cui ego ſum curæ. Tuſc. 4.

*

Heu me infelicem! Ibid.

*

Sanuſne es, qui temerè lamentare? Ibid.

*

Te, Apollo ſancte, fer opem, teque omnipotens Neptune invoco, Ibid.
Voſque adeo ‡ *venite.* * *Nam quid ego te apellem, Venus?* ‡ *venti.*

Sed

*

Cic.3. de Orat.

† *Sed mihi cùm tetulit coronam, ob collocandas nuptias,*
Tibi ferebat; cùm simulabat ‡ sese eam alteri dare,
*Tum ad te * ludibunda doctè & delicatè detulit.*

† Al. *Sed sibi c. t.* Al. *Sibi c. t.* absque, *Sed.* Forte, *Sive cùm tetulit.* ‡ Mirificè variant libri: al. *se sibi aiaci dare.* al. *sese Aiaci dari.* N. L. * Malè & præter, v v. ll. Lambinus, *ludibundu'*. Cæterùm scripti, al. *Cùm ad te.* al. *Cùm à te l.*

*

Cic.2. de Fin.

Omnes Danai, aut Mycenenses, Attica pubes.

*

Cic. orat. pro Cn. Plancio, & pro P. Sextio.

Hæc illi soleo præcipere (quamquam ad præcepta ætas non est gnati) quæ ille à Iove ortus suis præcipit filiis.

Vigilandum est semper: multæ insidiæ sunt bonis.

nostis cætera:

† *Nam te id, quod multi invideant, multiq; expetant,*
Inscitia 'st postulare, si tu laborem summâ cum curâ efferas
Nullum. -

Quæ scripsit gravis ille & ingeniosus poëta: scripsit, non ut illos regios pueros, qui jam nusquam erant, sed ut nos & nostro ad laborem & laudem excitaret.

† Ita lego. Vulgò est, *Non t.* oratione pro Plancio, sed pro Sextio legitur *Sed te.* Sequentem versum quoque paululùm immutavi, & pro *Inscitia sit*, scripsi *Inscitia 'st.* Vide Grut. in Cic.

*

Cic. orat pro P. Sext.

Idem alio loco dixit, quod exciperent improbi cives,

Oderint, dum metuant.

Præclara enim illa præcepta dederat juventuti.

Summi

*

Summi poetæ ingenium non ſolùm arte, ſed etiam dolore exprimebat. Ead. orat. pro Sext.

Quid enim? qui rempublicam certo animo adiuverit,
Statuerit, ſteterit cum Achivis.

Vobiſcum me ſtetiſſe dicebat, veſtros ordines demonſtrabat. revocabatur ab univerſis.

Re dubiâ nec dubitarit vitam offerre, nec capiti pepercerit.

Hæc quantis ab illo clamoribus agebantur? cùm jam, omiſſo geſtu, verbis poëtæ, & ſtudio actoris, & exſpectationi noſtræ plauderetur?

Summum amicum ſummo in bello -

(nam illud ipſe actor adiungebat amico animo: & fortaſsis homines, propter aliquod deſiderium, approbabant)

- ſummo ingenio præditum.

Tum illa quanto cum gemitu populi Romani ab eodem paullò pòſt in eâdem fabulâ ſunt acta?

O pater!

Me, me ille abſentem, ut patrẽ, deplorandum putarat, &c.

Hæc omnia vidi inflammari.

*

O ingratifici Argivi, inanes Graij, immemores beneficij!
Exſulare ſinitis: ſiviſtis pelli, pulſum patimini.

*

Hoc tibi (Trebati) tam ignoſcemus nos amici, quàm *ignoverunt Medéæ, quæ* ‡ *Corinthum arcem altam habebant matronæ opulentæ, optimates: quibus illa* manibus gypſatiſsimis *perſuaſit, ne ſibi vitio illæ verterent* Cic. lib. 7 ad Famil. epiſt. 6.

terent, quòd abesset à patriâ: Nam multi suam rem benè gessêre & publicam, patriâ procul: Multi, qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati. Quo in numero tu certè fuisses, nisi te extrusissemus.

† Al. ll *Corinthi, & Corinthu.*

*

Cic. ead. epist. *Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit.*

*

De Fin. 2 Nam nec vir bonus ac iustus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinet se ab iniuriâ. nosti credo illud,

Nemo pius est, qui pietatem -

*

Tusc. 1. ‡ *Acheruntia templa, alta Orci, pallida*
Leti, obnubila, obsita tenebris loca.

‡ Cod. Vatican. *Acherusia, & Leto nubila tenebris loco.* Plerique etiam libri scripti, *nubila tenebris loca,* emoto illo *obsita.* Cæterùm *Acherusia* legendum ostendit etiam Varro, qui lib. 6. de L. L. ex Andromachâ (Ennij fortassean) citat: *Acherusia templa alta Orci salvete infera.*

*

Ibid. *Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives.*

Accij ex Philoctete est, teste Nonio in v. *moliri.*

*

Tusc. 2. ex Cresphonte Euripidis. Fortè Enniana tralatio est.

Nam nos decebat cœtus celebrantis domum
Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,
Humanæ vitæ varia reputantis mala:
At qui laboreis morte finisset graveis,
‡ *Hunc omneis amicos laude & lætitiâ exequi.*

‡ τὸ *Hunc* vulgò abest omnibus ędd. exceptâ Victorianâ, & Gruteri nuperâ.

Qualis

*

Qualis ille videtur, Tantalo prognatus, Pelope natus, qui quondam à socero Oenomao rege Hippodamiam ‡ raptu nactus nuptiis? Iovis iste quidem pronepos, támne ergo abiectus, tamque fractus? Tusc. 3. Pellucēt quædam in his ipsius poetæ, quæ Cicero suis intexuit.

Nolite (inquit) *hospites ad me adire*, &c. pag. 163.

Tu te, Thyesta, damnabis, orbabisque luce propter vim sceleris alieni? quid! illum filium Solis nónne patris ipsius luce indignum putas?

Refugêre oculi : corpus macie extabuit : &c. pag. 168.

Hæc mala, ô stultissime Æëta, ipse tibi addidisti. non inerant in his quæ tibi casus invexerat, & quidem inveterato malo, cùm tumor animi resedisset.

‡ Istud Gruteriana primùm (quod sciam) invexit editio. Vulgò, *raptis n. nuptiis.*

*

Quid ergo? huiusne vitæ propositio, & cogitatio aut Thyesten levare poterit, aut Æëtam, de quo paulò antè dixi, aut Telamonem, pulsum patriâ, exsulantem atque egentem? in quo hæc admiratio fiebat: Cic. ibid.

Hiccine est Telamo ille? &c. pag. 168.

Quòd si cui, ut ait idem, simul animus cum re concidit, à gravibus illis antiquis Philosophis petenda medicina est, *&c.*

*

Quærendum igitur, quemadmodum ægritudine privemus eum qui ita dicat: Ibid.

Pol mihi fortuna magis nunc desit, quàm genus, &c. pag. 168.

Quid! huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat, aut aliquid eiusmodi? Ecce tibi ab alterâ parte ab eodem poetâ: [Andromacha:]

Ex opibus summis opis egens Hector tua.

Huic

Huic ſubvenire debemus. quærit enim auxilium:

Priora hæc laudat etiam de Oratore 3.

‡ *Quid petam præſidij, aut exſequar? quove nunc ‡ auxilio, aut fugâ* ‡ Vide Coniectanea.
Freta ſim? arce & urbe orba ſum. quò accedam? quò applicem?
Cui nec aræ patriæ domi ſtant; fractæ & diſiectæ iacent:
Fana flammâ deflagrata: toſti alti ſtant parietes,
Deformati, atque abiete criſpâ.

Scitis quæ ſequantur, & illud in primis,

O pater, ô patria, o Priami domus, &c. Vide p. 164.

O poetam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur. ſentit omnia repentina, & nec-opinata eſſe graviora. exaggeratis igitur regis opibus, quæ videbantur ſempiternæ fore, quid adiungit?

Hæc omnia vidi inflammari, &c. ibid.

Præclarum carmen! eſt enim & rebus, & verbis, & modis lugubre.

*

Tuſc. 4. Videntur eſſe Attij. Adi eius Fragmenta in PROMETHEO.

Sed ſumendum tempus eſt non minùs in animorum morbis, quàm in corporum: ut Prometheus ille Æſchyli; cui cùm dictum eſſet,

Atqui, Prometheu, te hoc tenere exiſtumo
† *Mederi poſſe rationem iracundiæ;*

Reſpondit,

Si quidem qui tempeſtivam medicinam admovens
Non ad graveſcens volnus allidat manus.

† Al. *Orationem mederi iracundiæ*. Sic Delrio.

*

Ibid.

Non igitur deſiderat fortitudo advocatam iracundiam. ſatis eſt inſtructa, armata, parata per ſeſe. Nam iſto modo quidem licet dicere, utilem vinolentiam ad fortitudinem, utilem etiam dementiam, quòd & inſani

& ebrij

&c ebrij multa faciunt sæpè vehementiùs. Semper Aiax fortis; fortissimus tamen in furore:

Nam facinus fecit maximum, cùm, Danais inclinantibus,
Summam † rem perfecit manus, prœlium restituit insaniens.

† Delrio edidit, *rem erexit, præl. r. i.*

*

Neque tam terribilis ulla fando ‡ oratio est,
Nec † sors, nec irâ cœlitum invectum malum,
Quod non natura humana patiendo efferat.

Ibid. ex Euripidis Oreste; initio fabulæ. Vide Muret. Variar. l. 8. c. 16.

‡ Delrio edidit, *ratio.* & sic quinque Palatini codd.
† Al. *fors.*

*

‡ Quid ait ex tragœdiâ princeps ille Argonautarum?
Tu me amoris magis, quàm honoris servasti gratiâ.

‡ Ibid.

‡ Adeantur hîc Notæ in Ciceronem Gruteri.

*

Nec verò tantâ præditus sapientiâ
Quisquam est; qui aliorũ ærumnam dictis allevans,
Non idem, cùm fortuna mutata impetum
Convertat, clade subitâ frangatur suâ:
Vt illa ad alios dicta & præcepta excidant.

Tusc. 3. ex Sophocle.

*

† Quinam Tantalidarum internecioni modus
Paretur? aut quænam unquam ob mortem Myrtili,
Pœnis luendis dabitur satias supplicij?

† Cic. de Nat. Deor. 3. & Caris. l. 1. ubi primũ versũ laudat sub nomine Attij.

*

Quandoquidẽ † iste circumvestit dictis, sepit sedulò.

Cic. de Orat. 3.

† Gruterus coniicit, *is te s.*

*

Eodem, & alibi quædam ex iis. Vide Notas.

Multi'modis ſum circumventus, morbo, exilio, atque inopiâ:
Tum pavor ſapientiam mihi omnem † ex animo expectorat:
Alter terribilem minitatur vitæ cruciatum, & necem:
Quæ nemo eſt tam firmo ingenio, atque tantâ confidentiâ,
Quin refugiat timido ſanguen, atque exalbeſcat metu.

† Gruterus duobus locis edidit, *exanimato.* De quo in Notis.

*

Cic. de Offic. 3.

Sol Phaëthontis filio (ut redeamus ad fabulas) facturum ſe eſſe dixit, quidquid optaſſet: optavit, ut in currum patris tolleretur:

Sublatus eſt, atque inſanus quà conſtitit,
Ictu fulmini' deflagravit. -

*

* Cic. ad Famil. l. 7 epiſt. 28. & 30. itẽ ad Attic. l. 14. ep. 12. & lib. 15. ep. 11.

† Orat. pro C. Rabirio Poſthumo.

* *Ubi nec Pelopidarum* ‡ *nomen, nec facta audiam.*

‡ *facta, neque famam a.* idem ad Atticum lib. 15. epiſt. 11.

*

† Nemo noſtrûm ignorat, etiamſi experti non ſumus, conſuetudinem regiam. Regum autem hæc ſunt imperia,

- *Animadverte, & dicto pare.* -

&,

Præter rogitatum ſi querare.

& illæ minæ,

Si te ſecundo lumine hîc offendero,
Moriere. -

Quæ non, ut delectemur ſolùm, legere & ſpectare debemus, ſed ut cavere etiam & effugere diſcamus.

Ita

*

Ita me destituit nudum. Cic. nobili ad Pætũ ep.

*

Quare unâ origine *Inlicio*, & *inlicium*, quod in Choro Proserpinæ est. Varro l.5 de L. L.

*

Ænea, quis est qui meum nomen nuncupat? Eodem.

*

- Cornuat aurum, Idem l.6.
Umbram jacit : icere paret.

Fragmentum hoc ex poetæ nescio cuius Coronide anapæsticâ vindicavit Scaliger, corruptissimo apud Varronem loco.

*

In altisono cœli clypeo. Idem lib. 4 *Et Agamemnon* : In altisono *&c.* Idem lib. 6. *ex Iphigeniâ.* Vide Fragmenta Ennij pag. 20.

*

Mehe, pro *me*, apud antiquos tragœdiarum præcipuè scriptores, in veteribus libris invenimus. Quintil. l.1.cap.5.

*

Liber, qui augusta hæc loca Cithæronis colis. Apul. 4. Florid.

*

* *Erebo creata, fuscis crinibus, Nox, te invoco.* Festus.

*

† *Persuasit animo vinum, Deus qui multo est maximus.* Idem in *Metonymia.*

† Scaligero placet, *Persuasit nox, vinum, Deus* &c.

*

Sed jã ‡ *de cœlo candens Aurora obstinet suum patrẽ.* Idem in *obstinet*, pro *ostendit.*

‡ Scal. correctio est. Vulgò, *se cœlo.*

*

Carif. l. 4. *Thesprote, si quis sanguine exortam tuo*
Prolem inter aras sacras sacram immolet:
Quid meritus hic sit, dubium an quoiquam fiat?

*

Ibid. † *Rite Thesprotũ pudeat rei, quòd ipse à Tantalo ducat genus.* † Delrio vult, *Ni te Th. p. regis, q.*

*

Ibid. *Non memero, quòd draconis sævi sopivi impetum;*
Non, quòd † viros domavi & segetis armatæ manus.
† Passeratius, *tauros domavi.*

*

Servius in Centimetro. *Matrem fatigat prodigus vitæ furor.*

*

Mar. Victorinus. *Struunt sorores Atticæ dirum nefas.*

*

Fragmẽtum Anonymi Grãmatici de Metris, Censorino adiectũ. *Tela, famuli, ‡ tela properè, sequitur me Thoas.*
‡ Lipsius fulciendo versui interiicit *tela*, legitque
Tela, famuli, tela; properè tela, sequitur me Thoas.

*

† Ibidẽ. † *Axena Põti per freta Colchos deniq; delatus adhæsi.*

*

‡ Ibid. ‡ *Ore beato lumine volitãs, qui cœlũ candidus equitas.*

*

Ibid. *Quadam terribilis tua pectora turbat, terrifico sonitu intulit.*
Proinde & abs te regimen Argos, dum est potestas consulendi.

*

Ibid. *Qui repẽs semipulsus onere gravi fores strepitu terrẽt.*

Hæc

*

Hæc bellicoſus cui mater patérve Minerva. Ibid.

*

Quis meum nominans nomen exciet, Ibid.
Quamvis tumultu invocans incolarum fidem?

*

Cunctæ igitur Camœnæ D. Augustin. l. 3 de Musicâ. Pomponij Secundi putat Delrio.
Fonticolæ puellæ,
Quæ canitis ſub antris
Mellifluos ſonores;
Quæ lavitis capillum
Purpureum Hippocrene
Fonte: ubi fuſus olim
Spumea lavit almus
Ora jubis aquoſis
Pegaſus in nitentem
Pervolaturus æthram.

ADDENDA
Fragmentis Ennianis.

EX ACHILLE.

*

Isidorus lib. Different.

Summam tu tibi pro malâ vitâ famam extolles: & pro bonâ paratam gloriam.

INCERTA.

*

Cic. 5. Tusc.

Animusne æger (ut ait Ennius) *semper errat, neque pati, neque perpeti potest; cupere nunquam desinit.*

*

Auctor Rhetoricor. ad Herenn.

Quidquam quisquam quoiquam quod conveniat, neget?

*

Servius in Æneid. ad istum libri primi locum,

Dicitur Minerva tantùm ob vitiatam Cassandram in templo suo, solius Aiacis pœnâ non fuisse contenta, ut posteo per oraculum de eius regno quotannis unam nobilem puellam jusserit Ilium sibi ac sacrificium mitti; &, quod est maius, de eâ tribu de qua Aiax fuerat, sicut Ennius refert.

– Pallasne exurere classem
Argivûm, atque ipsos potuit submergere ponto,
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oiki?

VER-

VERSVS TRAGICI
Interprete
M. TVLLIO CICERONE.

[Præter hæc loca, referenda huc fortassis interalia, quæ leguntur statim suprà, *Nam nos decebat*, &c. pag. 175. itemque, *Nec verò tantâ*, p. 177.]

*

Nam si violandum est ius, regnandi gratiâ
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

Cic. de Offic. 3. *ex Phœnissis.*

*

Nam qui hæc audita à docto meminissem viro,
Futuras mecum commentabar miserias:
Aut mortem acerbam, aut exsilij mœstam fugam,
Aut semper aliquam molem meditabar mali:
Vt si qua invecta diritas casu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repens.

Tusc. 3. ex Euripide; sub Thesei personâ.

*

Mortalis nemo est quem non attingit dolor,
Morbusque. multi sunt humandi liberi,
Rursum creandi: morsque est finita omnibus,
Quæ generi humano angorem nequidquam adferunt.
Reddenda est terræ terra: tum vita omnibus
Metenda, ut fruges. sic jubet necessitas.

Ibidem ex eodé.

*

Si mihi nunc tristis primùm illuxisset dies,
Nec tam ærumnoso navigavissem salo,
Esset dolendi causa: ut iniecto equulei
Freno repentè tactu exagitantur novo.
Sed jam subactus miseriis obtorpui.

Ibid. ex eod.

*

De Nat. Deor. ex Euripide.

Vides ſublime fuſum, immoderatum æthera,
Qui tenero terram circumiectu amplectitur:
Hunc ſummũ habeto Divum; hunc perhibeto Iovẽ.

*

De Offic. 3. ex eodem.

Iuravi linguâ, mentem iniuratam gero.

L. ANNÆVS SENECA Philoſophus Epiſt. 115.

Senarios hoc profert, à ſe (ut opinor) Latio donatos.

EX EVRIPIDIS BELLEROPHONTE.

Sine me vocari peſſimum, vt dives vocer.
An dives, omnes quærimus; nemo, an bonus.
Non quare, & unde; quid habeas, tantùm rogant.
Vbique tanti quiſque, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe ſit, quæris? nihil.
Aut dives, opto, vivere; aut pauper mori.
Bene moritur quicunque, dum lucrum facit.
Pecunia ingens generis humani bonum;
Cui non voluptas matris, aut blandæ poteſt
Par eſſe prolis, non ſacer meritis parens.
Tam dulce ſi quid Veneris in vultu micat,
Meritò illa amoreis cœlitum atque hominum movẽt.

FRAGMENTORVM TRAGICORVM
FINIS.

*

ATTII, veteris ac gravissimi tragici, si I. S. coniectori in Varronis primum de R. R. credimus, sunt

EX OENOMAO.

Nam si lamentis allevaretur dolor,
Longoque fletu minueretur miseria,
Tum turpe lacrumis indulgere non foret,
Fractaq; voce divûm obtestari fidem,
Tabifica donec pectore excesset lues.
Nunc hæc neque hilum de dolore detrahunt,
Potiusq; cumulum miseriis adiiciunt mali,
Et indecoram mentis mollitiem arguunt.

Exhibuerat ea inter Fragméta Delrio; nos ut spuria expunximus: quod ne quis miretur, seorsim hîc damus.

Sed maximo viro, jam tum adolescentiori, imposuit Rumetus, qui suos versus pro antiquis obtrusit. Quemadmodum & isthæc ab eodem

Affi&cta TRABEÆ comico.

Here, si querelis, eiulatu, fletibus,
Medicina fieret miseriis mortalium,
Auro parandæ lacrumæ contra forent.
Nunc hæc ad minuenda mala non magis valent,
Quàm nænia præficæ ad excitandos mortuos.
Res turbidæ consilium, non fletum, expetunt.

Priores hi versus ad verbû e Philémone mutuati, & Latini de Græcis redditi.

Sed impostorem hunc tangit hoc disticho alibi I. S.

Qui rigidæ flammas evaserat antè Tolosæ
Rumetus, fumos vendidit ille mihi.

Q. Sept. Florens Tertullianus De præscriptionibus adversus Hæreticos.

Alius manu ſcripturas, alius ſenſu expoſitiones intervertit, *&c.* Ideo habent vim & excogitandis inſtruendiſque erroribus felicitatem: non adeo mirandam, quaſi difficilem & inexplicabilem, cùm de ſecularibus quoque ſcripturis exemplum præſto ſit eiuſmodi facilitatis. Vis hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componi, materiâ ſecundùm verſus, verſibus ſecundùm materias concinnatis denique? † Ovidius Geta Medeam tragœdiam ex Virgilio pleniſſimè expreſſit. Meus quidem propinquus ex eodem poëta, inter cætera ſtyli ſui otia, Pinacem Cebetis explicuit. Homerocentonas etiam vocare ſolent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compoſitis in unum ſarciunt corpus.

† Al. *Oſidius.* Ms. Vatic. *Ofſidius.* Videtur *Hoſidius* ſcribendũ. Lud. Braſſicanus ad Nutricia Politiani citat, *Ovidius citra Medeam, &c.*

Angelus Politianus Miſcellan. cap. LIX.

Audivi etiam (loquitur de verſiculo Martialis, *Ride ſi ſapis*; & verbis Martiani Capellæ) † qui crederent de tragœdiâ Medeâ, quam Tacitus (auctor De corruptâ eloquentiâ) quam Quintilianus laudat, & quam fuiſſe, quod miror, penè Virgilianis conſutam verſibus, auctor Tertullianus eſt: & nos in ‡ Nutriciis ſignificavimus. Sed hoc mihi non ſit veriſimile, *&c.*

† Phil. Beroaldus Annotat. Sylloge in varios Auctores.
‡ Videatur ibi Braſſicanus.

Lil. Gregor. Gyraldus De poet. hiſt. Dial. IV.

Quæ verò ingenioſiſſimi huius poetæ opera perierint temporum iniuriâ, hæc ſunt: ſex libri Faſtorum ultimi, Medeæ tragœdia, quæ Fabio & Tacito aliiſque commendata plurimum. hæc hoc tempore inventa dicitur; ſed falsò, ut puto. Scripſit & alteram tragœdiam ex Virgilio, de quâ Tertullianus, *&c.*

TRA-

TRAGOEDIA MEDEA.

Cento Virgilianus.

MEDEA.

Æn,12,176 * ESto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti.
aen.4,610. * Et Diræ ultrices, * & tu Saturnia Iuno. Æn.12,178
aen.1,670. Ad te confugio, * nam te dare iura loquuntur aen.1,735.
aen.3,136. * Connubiis: * si quid pietas antiqua labores aen.5,688.
Respicit humanos, * nostro succurre labori aen.9,404
aen.1,622. * Alma Venus. * quicumque oculis hæc aspicis æquis, aen.9,209
aen.4,611. * Accipite hæc, meritumque malis advertite numen.
aen.4,677. * Quid primum deserta querar? * connubia nostra aen.4,213.
Reppulit, * & sparsos fraterna cæde penates. aen.4,21.
aen.7,302. * Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
Ge.1,451. * Profuerit, * mediosq; fugam tenuisse per hostes? aen.3,283.
aen.4,412. * Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?
aen.10,866 * Iussa aliena pati: * iterumque revolvere casus, aen.10,61.
aen.4,413. * Ire iterum in lacrimas. * Sed nullis ille movetur aen.4,438
Fletibus. * infixum stridet sub pectore vulnus. aen.4,689
aen.4,322. * Extinctus pudor, * atque immitis rupta Tyranni Ge.4,492.
aen.4,221. Fœdera, * & oblitus famæ melioris amantis,
aen 3,629. * Oblitusque sui est. * lacrimæ volvuntur inanes. aen 4,449
aen.4,373. * Nusquam tuta fides. * vanâ spe lusit amantem aen.1,256,
aen.4,311. * Crudelis. quid? si non arva aliena domosque
Ignotas peteris? * hæc pro virginitate reponis? aen.12,878
aen.6,878. * Heu pietas, heu prisca fides! * captiva vid.bo aen.12,63.
aen.4,133. * Reginam thalamo cunctantem, * ostroque superbo. aen.1,643.
aen.3,628. * Haut impunè quidem, * si quid mea carmina possunt. aen 9,446

CREON.

CREON. MEDEA.

Æn.4,211. CR. * Fœmina quæ nostris erras in finibus * hostis, Æn.7,723.
æn 5,28. * Flecte viam velis : * neque enim nescimus & urbem, aen.7,195.
æn.1,28. * Et genus invisum, * nec non innoxia verba. Ge.2,189.
æn.3,407. * Hostilis facies occurris, & omina turbas.
æn.6,399. MED. * Nullæ hic insidiæ: * nec tanta superbia victis. aen.1,533.
æn.1.ibid. * Non ea vis animo: * nec sic ad prælia veni. æn.10,901
æn.7,437. CR. * Non, ut rere, meas effugit nuncius aures
æn.5,801. * Unde genus ducis. * Varium ac mutabile semper aen.4,569
Fœmina;
æn 7,335. * Tu potes unanimes armare in prælia fratres,
æn.7,337. * Funereasq; inferre faces, * & cingere flammâ, aen 1,677.
aen.7,336. * Atque odiis versare domos. * tibi nomina mille, aen.7,337.
Mille nocendi artes, * fecundaq; viscera pœnis. aen.6,598
aen.7,559. * Cede locis, * pelagoq; velans da vela patenti. Ge 2,41.
aen.7,213. MED. * Rex, genus egregium, * liceat te voce moveri, aen.3.461.
aen.3,377. * Pauca tibi è multis, * quoniam est oblata facultas, Ge.4,437.
aen.11,348 * Dicam equidem; licet arma mihi mortemq; mineris:
aen.7.96. * Ne pete connubiis natam. * meminisse iuvabit; aen.1,207.
aen.7,339. * Disjice compositam pacem. * miserere tuorum. aen.11,365
aen.7,438. CR. * Ne tantos mihi finge metus, * néve omine tanto aen,12,71.
aen.9,219. Prosequere; * [ha] causas nequicquam nectis inanes.
aen.10,467 * Stat sua cuique dies. * non ipsi exscindere ferro aen.6,553.
aen.12,819 Cœlicolæ valeant, * Fati quod lege tenetur.
aen.9,220. * Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Ecl.1,11. MED. * Non equidem invideo * genero, dignisq; aen.11,355
hymeneis;
aen.4,431. * Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro;
aen.4,433. * Tempus inane peto: * liceat subducere classem. aen.1,555.
aen.4,435 * Extremam hanc oro veniam. * succurre relictæ, aen.9,290
aen.4,52. * Dum pelago desævit hyems. * miserere parentis, aen.12,45
aen.7,360. * O genitor. * & nos aliquod noménque decusq; aen.2,89.
Ge.4,447. Gessimus, * & scis ipse; neque est te fallere quidquam.
Ecl.9,5. * Nunc victi tristes, (quoniam sors omnia versat,)
aen.3,3. * Submissi petimus; terram * littusq; rogamus aen 7,229.
aen.11,354 Innocuum. * neque te ullius violentia vincat. aen 8,386.

* Quid

aen.8, 395. CR. * *Quid causas petis,* [aut] * *in me exitium-que meorum.*
Æn 2,52. * *Quidquid id est, timeo* * *vatum prædicta priorum.* Æn 4,464
aen.4, 569 * *Eia age, rumpe moras.* * *quò me decet usque teneri?* aen.5, 384.
aen.3,88. MED. * *Quæ sequimur? quòve ire iubes? ubi ponere se-*
aen.6,108. CR. * *Ire ad conspectum cari genitoris & ora,* (*des?*
aen.8,580. * *Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri.*
Ecl. 8, 43. MED. * *Nunc scio quid sit,* * [&] *hospitio prohibe-mur arenæ,* aen.1,544.
aen.9, 131. * *Nec spes ulla fugæ.* * *nulla hinc exire potestas.* aen.9, 739
aen.4, 53. *Quassatæque rates,* * *geminique sub ubere nati,* aen.5,285.
aen.3,285. * *Et glacialis hyems aquilonibus asperat undas.*
aen.6, 405 * *Si te nulla movet tantæ pietatis imago,*
aen.4,51. * *Indulge hospitio* * *noctem non ampliùs unam.* aen 1,687.
aen.12,800 CR. * *Desine, iam tandem,* * *totâ quod mente petisti,* aen.4, 69.
Largior; * at *repetens iterumq; iterumq; monebo:* aen 3,436.
aen.4, 568 * *Si te his attigerit terris aurora morantem,*
aen.5,815. * *Vnum pro multis dabitur caput.*

VOX DE-INTVS. CHORVS.

Ecl.8, 31. VOX. * *O digno coniuncta viro.* * *dotabere virgo.* aen.7,318.
aen.12,573 * *Ferte faces properè,* * *thalamo deducere adorti* aen.6,397.
aen.5, 41. * *Ore favete omnes, & cingite tempora* palmis.
aen.2,249. CHOR. * *Velamur fronde per urbem,*
aen.3,279. * *Votisque incendimus aras.*
aen.4,528. * Heu *corda oblita* tuorum,
aen.4 464 * *Vatum prædicta priorum,*
aen.10,501 * *Fati sortisq; futuræ!*
aen.11, 49. * *Spe multum captus inani*
aen.8, 544 * *Mactat de more bidentes*
aen. 4, 58. * *Phœbo patrique Lyæo,*
aen.4,59. * *Cui vincla iugalia curæ,*
aen.11, 50. * *Cumulatque altaria donis.*
aen.3, 90. * *Tremere omnia visa repentè,*
Ge.1, 484. * *Fibræ apparere minaces;*
aen.3 40. * *Vox reddita fertur ad aures:*
aen.7,97. „ * *Thalamis ne crede paratis,*

* *Funus*

aen.11, 53. ,, * *Funus crudele videbis.* Æn.8,406
aen.4, 522 * *Carpebant * membra quietem,*
Æn. 3,157. * *Animal a somnus habebat.*
aen. 4,462 * *Ferali carmine bubo*
aen.4, 463 * *In fletum ducere voces,*
aen.3,366. * *Tristes denunciat iras.*
aen.2,41. * *Quæ tanta insania? cives*
aen.8, 286 * *Evincti tempora ramis*
aen.6,397. * *Thalamo deducere adorti.*
aen.8, 573. * *Quæso, miserescite regis.*

* * *

Ecl 1, 1. ‡ [* *Recubans sub tegmine fagi* ‡ Hi quatuor versus videntur aliò pertinere.
Ecl.6,66. * *Divino carmine pastor*
aen.6,172. * *Vocat in certamina divas.*
aen.7,67. * *Ramo frondente pependit.*]

LECTORI.

Vetus ea Tragœdia ex Virgilianis versibus contexta, cuius hîc specimen exhibemus, extat penes eruditissimum Claudium Salmasium, magnum Galliæ suæ ornamentum; propediem fortè ex vetustissimis membranis in lucem emittenda, cum aliis antiquis monumentis compluribus, hactenus ineditis. quorum spem nobis facit in Notis ad Historiæ Augustæ scriptores.

Quid

Quid cento, & quæ eius componendi leges.


Ausonius epistolâ ad Paulum Centoni eius Nuptiali præfixâ:

CENTO *quid sit, absolvam: variis de locis, sensibusque diversis, quædam carminis structura solidatur; in unum versum ut coëant aut cæsi duo, aut unus & sequens cum medio. nam duos junctim locare, ineptum est; & tres unâ serie, meræ nugæ. Diffunditur autem per cæsuras omnes, quas recipit versus Heroicus: convenire ut possit, aut penthemimeris cum reliquo anapæsto: aut trochaice cum posteriore segmento: aut septem semipedes cum anapæstico chorico: aut post dactylum atque semipedem, quidquid restat hexametro.*

Isidorus Origin. lib. I. cap. XXXVIII.

CENTONES *apud Grammaticos vocari solent, qui de carminibus Homeri vel Virgilij ad propria opera, more centonario, ex multis hinc inde compositis in unũ sarciuntur corpus, ad facultatem cuiusque materiæ. Denique Proba, uxor Adelfi, centonem ex Virgilio de Fabricâ mundi & Euangeliis plenissimè expressit; materiâ compositâ secundùm versus, & versibus secundùm materiam concinnatis. Sic quoque & quidam Pomponius ex eodem poemate, inter cætera styli sui otia, Tityrum in Christi honorem composuit: similiter & Æneidos.*

Vide Tertullianum suprà.



GERARDI IOANNIS VOSSII

in Fragmenta

L. LIVII ANDRONICI,
Q. ENNII,
C. NÆVII,
M. PACVVII, &
L. ATTII,

Castigationes & Notæ.



LVGDVNI BATAVORVM,
Apud Iohannem Maire,
cIↄ Iↄ c xx.

GERARDVS IOAN. VOSSIVS
Ad benevolum lectorem.

QVod in ſtatuis, ac picturis, uſu veni-re ſolet, ut aliæ quidem placeant novæ formæ decore; alijs verò longa ævi vetuſtas majeſtatem ac precium addat: idem in poëtis cõtingit, illis prę-ſertim, qui carmine tragico immortale ſibi no-mẽ pepererunt. De me quidem fateor lubens, lectione illorũ fragmentorum, quæ Tullius au-reis Tuſculanarum Quæſtionum, ac de Divina-tione libris, vermiculati inſtar emblematis in-ſeruit, excitari in animo meo non mediocrem amorem Ennij, Attij, aliorumq́ue priſcæ ætatis poëtarum: qui etſi illis temporibus vixere, qui-bus Apollo, ac Muſæ, cothurnatum in vrbe pe-dem ponere demum cœperant; tamen ad car-men ſublimis ſpiritus plenum, proximi, eiuſque melioris ſeculi vatibus, feliciter adeò viam mu-nierunt. Neque aliter judicare arbitror quem-quam, qui ex ungue leonẽ ſciat æſtimare. Quia verò eventus docuit, hoc poetarum illorum fa-tum fuiſſe, ut, quæ ſcripſiſſent, barbarie tan-dem infelicis ſeculi delerentur: utinam ſaltem, quæ nunc reliquiæ quales quales ſuperſunt, aliquanto ad nos perveniſſent incorruptiùs!

Neque hoc propterea tantùm opto, quia poetis illis paullò saltem meliùs esse vellem: sed vel maximè propter scriptores illos, in quorum libris fragmenta ista hodie leguntur: Ciceronem dico, ac Varronem: at quantos viros! tum autem Agellium, Macrobium, Festum, Nonium, Priscianum, ac tot alios, quos omnes quàm minimè depravatos doctorum manibus versari, Reipublicæ literariæ plurimùm interest. Atque hoc in caussa fuit, cur putârim, facturum me esse rem literarum amantibus non ingratam, si opellæ aliquid in istis castigandis insumerem. De quo ut hoc præsertim tempore cogitarem, fecit Vir Clarissimus Petrus Scriverius, qui cùm post tragœdias Senecæ à se recensitas, etiam laceras tragicorum priorum reliquias multis partibus, quàm fecissent alij, & auctiores, & emendatiores, ederet in lucem: utilem ac præclaram hanc operam suam, qui eius est erga me amor, nomini meo inscripsit: sed, ne hanc esse putes, quam veteres dicebant sine sacris hæreditatem, eâ propemodum condicione ac lege, ut operæ aliquid ijs restituendis impenderem, quæ ipse, & alij, industriæ meæ reliquissent. Ego, qui quadam frontis mollicie, amicis, præsertim illis, qui de his studijs egregiè merentur, negare nihil sustineo; haut difficulter mihi à tali viro persuaderi passus sum: potissimùm cùm etiam

Cla-

Clariſſimi & maximi viri, Dan. Heinſius, & Io. Meurſius, hortatores acceſſiſſent: quorum ego conſummatiſſimo in hacce humanitatis palæſtrâ judicio, lubens aſſurgo. Itaq; depoſito pauliſper opere commentariorum de Lingua Latina, quod ſub manibus habebam, cœpi protenus vaſtum illum laborem breviore hoc diffindere: idque ſpe bonâ præſtandi etiam hîc eiuſmodi aliquid, quod non indignũ me, & publico haut inutile foret. Sed ubi manũ jam operi admôram, ecce ſollemni quadam facilitate meâ concludor quaſi cancellis quibuſdam: idque à librariis, inſtantes nundinas, & alia cauſſantibus, propter quæ obnixè orabant, ut concipere hæc, atque in lucem emittere, intra præfinitũ, & hoc anguſtum tempus, vellem. Ea licet dura, ac iniqua etiam poſtulatio meritò videretur (neq; enim corporis ſolùm, ſed profectò etiam animi fœtus ſuas à naturâ leges habent) tamen quia jacta jã erat alea, & ita comparatus ſum, ut potiùs quorumvis mortaliũ commodo, quàm honore, aut emolumẽto proprio, metiri omnia ſoleam; minimè ceſſandum putavi, uſque dum membranas meas, & alios libros veteres, conferendo, ac meditando, puſillum hoc, at nihilominus vitale fortaſſe, feſtinato potiùs, quàm maturato partu, eniterer. Nempe non malè mihi nunc defungi videbar, ſi ea, quæ abſque mo-

rosâ aut diutinâ disquisitione occurrerent, consignarem: cætera, quæ altioris essent indaginis, in aliud, ac commodius, tempus rejicerem; quo illa etiam, quæ nunc protrudo, modò Deus valetudinem concesserit, ac vitam, poterunt aliquantò limatiùs, auctiusque, in eruditorum prodire conspectum. Jnterim, erudite lector, operam hanc meam benevolo animo accipe: neque illud cogita, quàm minuta hæc eorum portio sit, quæ jamdudum in omni prope disciplinarum genere promisi; sed potius iustum limandis cæteris tempus concede. Equidem favore tuo nixus, quod nunc sedulò operam do, idem faciam porrò: deque seculo hoc, ac, nisi doctorum me auguria nimis credulum fallunt, de posteris insimul, bene mereri, velle saltem, non desistam.

Lugd. Bat. cIɔ Iɔ c xx. Postr. Id. Septembr.

GERARDI IOHANNIS VOSSII CASTIGATIONES ET NOTÆ In TRAGICORVM VETERVM Fragmenta.

IN LIVIVM ANDRONICVM.

ACHILLE.

Pag. 1. *Si malos imitabo, tum tu pretium pro noxa dabis.*] Trochaicum hunc credas, an ea ex jambico decerpta putes, nihil interest. Nævio adjudicat editio Nonij vetus, quæ anno cIↃ IↃ Mediolani prodiit curâ summi, pro illis temporibus, viri, Baptistæ Pii. Quam & sæpius postea advocabimus. Sed Livio tribuit Aldina, imo & Mss. & Nestor Novariensis.

ADONIDE.

Humum humidum pedibus ferit] In Prisciano meo Mso, sane optimæ notæ, disertim Lævio tribuitur. Et videntur Stephani duo similiter in codd. suis invenisse, quando fragmenti huius in Collectione sua non meminerunt.

 ÆGIS.

ÆGISTHO.

*

Nemo hæc voſter ruminetur mulieri] Apud Iunianum Majum (qui ante hos annos centum & triginta de priſcorum proprietate verborum volumen ex veteribus maxime Grammaticis contexuit) pro *voſter* invenio *nos tibi*, quod corruptum arbitror ex *noſtri*, aut *voſtri*. Apud eundem legas *ruminabitur*. Quaſi ſcripſerit Livius,

- Nemo hæç noſtri ruminabitur
Mulieri -

Sed error obrepſit ex ſuperiori Varronis loco, ubi id verbi invenitur in tempore exacto. Vera igitur fuerit ſcriptura,

- Nemo hæc noſtri ruminetur mulieri.

Vel *voſtri*, ut diximus. Fortaſſean erit, qui, quòd Nonius hæc adferat in verbo *Ruminare*, eò *ruminabit* apud Livium legere malit. Sed potiùs apud Nonium ſcribendum *ruminari*. Nam & Mssi, & vett. editt. tum in Varronis, tum Livij verbis, conſtanter habent *ruminabitur*, & *ruminetur*. Illud extremo addamus, non hæc Agamemnonis verba eſſe, deque Clytæmneſtra intelligi, quod credidit Delrio: ſed ab Ægiſtho dici, ac mulieris nomine Caſſandram ſignari. Nam ſanè hoc veriſimile magis facit fabulæ argumentum.

*

Tum autem laſcivum Nerei ſimum pecus
Ludens ad cantum claſſûm luſtratur] Scaliger in Coniectaneis Nævio tribuit: in quo ſequitur vett. Nonij editt. in *Luſtratur*. Sed in Mso legitur *Livius*. & meo judicio verius. Nam altero Nonij loco, in *Pecus*, conſtanter hæc verba Livio adſignantur. Pro *Nerei ſimum pecus* in pleriſque Mssis, atque excuſis invenitur, *reiſſimum pecus*. unde primulùm ſuſpicabar Livium ſcripſiſſe, *reſimum pecus*. Nam *reſimum* τὸ ἀνάσιμον, Varroni, Columellæ, aliis. Sed rectum eſt *Nerei ſimum pecus*: quod oſtendunt veſti-

gia

gia veteris ſcripturæ in altero Nonij loco, ubi legitur *Nereiſſimum*: uti apud Iunianum Maium, *nec remiſſum*. Per *Nerei ſimum pecus* poſſis generatim intelligere piſces, quando omnes ſimis ſunt naribus: & Tullius primo de Divinat. ex Paccuvio refert, claſſem Achivûm ab Ilio reducem ſe laſciviâ piſcium oblectâſſe, qui circum claſſem ludebant. Sed κατ' ἀντονομασίαν delphinos intelligi, magis probabile eſt: quando iidem peculiariter διὰ τὸ σιμὸν ſimones dicti, teſte Plinio lib. IX. cap. VIII. Et multum hanc ſententiam juvat Euripides in Electra, ubi chorus refert τοὺς φιλαύλους δελφῖνας proris circumvolutos deduxiſſe Achillem ad Troiam.

*

Sollemnitus à declitali laudet lubens] Mediolanenſis vetus, & Aldina, item Iunianus Maius Lucilio tribuunt. Qui error inde profluxit, quia Lucilii nomen proximè anteceſſit. Nam Livij eſſe, præter codices alios, additum fabulæ nomen oſtendit. Verba poetæ vir maximus ingenioſe ita emendabat:

Sollemnitus adeò læta te laudem lubens.

Sed videamus, num propiùs etiam accedi poſſit ad veterem ſcripturam. In pleriſque legas, *Sollennituſque adeo ditali*. In aliis, *Sollennituſque a conditali*. In aliis, *Sollennituſque à declitali*. Quare *Sollemnituſque* cum copula rectum puto. Cumque ante *laudet* conſtanter illud *tali* legatur, invitus ſanè mutem. Eapropter ſic ſententiæ & numeris reſtituo;

Sollennituſque à Dea tali lauder lubens.

Vt *Dea* κατὰ συνίζησιν coaleſcat. Verba ſunt Oreſtis, quibus Dioſcuros affatus, cùm Athenas ſibi eundum eſſe intelligeret, ut ibi à ſapientiſſima Dea Pallade ſollemnitus abſolveretur. Vide extremam Euripidis Electram. Sanè id verius puto, quàm ſi legas *à Deo*, ut Apollo intelligatur, quo auctore Oreſtes homicidium commiſit, ut idem Euripides non uno loco refert.

*

2. *- Nam ut Pergama*
Accenſa, & præda per participes æquiter
Partita eſt] Vett. codd. *prædam*. Sed perperam.

 Nam

Nam *præda partita* πεζητικῶς dixit Livius.

*

– In sedes collocat se regias,
Clytæmnestra iuxtim, tertias natæ occupant] Malim, *natæ occupat.* Signat tres istos, Ægisthum, reginam coniugem, & natam eius Electram. Matris nomen Κλυταιμνήστρη, Iliad. A, & sæpius in Odyssea. Quare secunda est porrecta. Sed Livius è diphthongo vocalem alteram abiecit. Vt minùs sit, quod mirentur viri docti, idem factum esse ab Ausonio in Epitaphiis heroum:
Vindicem adulterij cùm Clytemnestra necet.

*

Quin quod parere vos maiestas mea procat
Toleratis, extemploque illam deducitis?] In Mssis, item edit. Med. Ald. aliis, legitur,
Toleratis, temploque hanc deducitis.
Quare, leviculâ traiectione provocabuli *vos,* locum hunc ita restituo:
– Quin quod vos parere maiestas mea
Procat, toleratis, temploque hanc deducitis?
Verba sunt Clytæmnestræ, Electram ab arâ abstrahi iubentis, quò ea metu confugerat. Vnde ipsa sic apud Senecam Agamemnone:
Concedam ad aras, patere me vittis tuis
Cassandra iungi, paria metuentem tibi.
Ac postea matrem filiamque ita loquentes inducit:
CLYT. *Morieris hodie.* ELECT. *Dummodo hac moriar manu.*
CLY. *Recede ab aris.* EL. *Sive te iugulo iuvat*
Mersisse ferrum, præbeo iugulum volens:
Seu more pecudum colla resecari placet;
Intenta cervix vulnus exspectat tuum.
Ita hunc locum emendo. In vulgatis est *recedo ab aris,* verbaque illa Electræ tribuuntur. Atqui verisimile non est, eam ab aris voluisse recedere, priusquam istius mentionem ullam fecisset mater. Quod si in superiori Andronici loco *extemplo* retinere visum esset, non tamẽ pro *hanc*

repo-

reponam *illam*, quod longius à libris abit: ſed τὸ *hinc* ob ſimilitudinem excidiſſe credam. Vt ita concipiatur locus,

- extemploque hanc hinc deducite.

AIACE.

*

Mirum videtur, quod ſit factum iamdiu] Κατ' ἐρώτησιν ſcribe. Vel cum Delrio lege,

Mirum videtur, quod ſit? Factum iamdiu.

ANDROMEDA.

*

Confluges ubi conventu campum totum inhumigant] In nonnullis eſt *confluge*: item *conventum*. Ac vir eruditiſſimus pro *conventum* ſive *conventu* legendum coniectabat *cum vento*. Sed malim *conventu*, hoc eſt confluxu. Nam ventus naturâ ſuâ potiùs ſiccat: ut qui ſit πλῆθός τι τῆς ἐκ γῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως κινέμενον περὶ τὴν γῆν: ut eſt apud Philoſophum Μετεωρολ. β. Quare minus illi convenit verbum inhumigant, quod eſt humectant. Nam ut à *mitis mitigo*, à *clarus clarigo*; ita ab antiquo *humus* pro *humidus* eſt *inhumigo*. At optimè competit conflugi, quo ſignificatur fluviorum σύῤῥοια, ſive, ut Homerus Iliad. Δ vocat, μισγάγκεια, ubi Euſtathius, ἐὰν δὲ εἰς τοιοῦτον ἄγκος πολλὰ συμβάλλωσιν ὕδατα, μισγάγκεια τοῦτο λέγεται.

ANTIOPA.

*

Ita ſeptuoſe dictio abs te datur

Quod conſecutum ſapiens ægrè contulit.] Prior verſus, ſi de oraculo ſermo eſt, quæ flexiloqua & obſcura eſſe ſolent, ſic legi debet: *Ita ſeptuoſe dictio ab Deo datur.*

Sed ſive ad Deum, ſive ad alium ſermo eſt, non minùs iſtoc placet: *Ita ſeptuoſa dictio hæc abs te datur.*

Vel potius, *dictio abs tete datur,*

Poſteriorem verſum ita corrigo:

Quod conſecutura ſapiens ægrè conſulit.

Vel veriùs, *ægrè contuit*. Sententia est, dictionem eò esse flexiloquam, quòd sapienti etiam propter eventuum incertum, quid futurum sit, difficile sit prævidere. *Contuo* pro *contuor* dixit etiam Ennius Medeâ Exule, ubi sic solem compellat,

Qui tuoque lumine mare, terram, ac cœlum contues.

EQVO TROIANO.

*

3. *Serò sapiunt* [Phryges] Hæc verba ex Equo Troiano adducta Livio tribuêre Beroaldus in Annotat. & Erasmus proverbio *Serò sapiunt Phryges*. Et sanè Equum Troianum à Livio scriptam esse, indicat Nonius in *Opitula*. Sed Nævium quoque eius nominis fabulam dedisse, constat ex Macrobij lib. VI. Sat. cap. I. Ex utro igitur hæc Cicero adferat, difficile dictu est.

*

- Nunquam hodie effugies, quin meâ manu
Moriare] Omnino Nævij, non Livij sunt, ut disertim dicit Macrobius, qui hinc expressum esse docet illud Maronis Ecl. III.

Nunquam hodie effugies, veniam quocunque vocaris.

HELENA.

*

Tu qui permensus ponti &c.] Anapæstici sunt:

- Tu qui
Permensus ponti maria alta
Velivola. -

HERMIONA.

*

Obsecro te Anticile matri nequid tua advorsus fuas] *Ancialë* est in Ms. & edit. Med. item apud Iunianum Maium: qui

qui & Nævio, non Livio tribuit, sed corrupte. Nec multum abit *Anchiale*, ut Mercerus expressit. Magis recedit *Anticile*, ut est in Aldina. Veram lectionem non difficulter odorati sumus. Ea est *Amphiale*. Locum itaque sic concipio,

- Obsecro
Te, Amphiale, matri nequid adversus tua
Fuas. -

Vel sic, ut metrum sit trochaicum:

- Obsecro
Ted, Amphiale, matri nequid adversus tuæ fuas.

Verba sunt Andromachæ ad filium Amphialum, quem ex Neoptolemo habuit: ut locuples testis est Hyginus fab. CXXIII. Ac censeo ita affatam filium, cùm occultare eum vellet, ut tutus esset à Menelai & Hermiones insidiis, unde opera Pelei liberatus tandem fuit. Vide Andromachen Euripidis.

INONE.

*

Et iam purpureo suras include cothurno &c.

Fragmento isti alterum adde ex sexto Prisciani: quod huiusmodi est:

- Seque in alta maria præcipem
Inops, ægra sanitatis herois.

Sed pluscula hîc in disquisitionem veniunt, quia & de poetæ, & de fabulæ nomine quæritur, ac præcipue de numeris sententiaque verborum. Ex Livio citat vetus Veneta anni cIↃ CCCCLXXVI. Et ita in veterum Gramm. editione Putschius expressit: quod rectum esse, mox planum faciemus. Fabulam Ionem nominat eapse editio, idque ex vett. codd. fide. Nec aliter est in Mso meo. Sed perperam, cùm Ino dicta sit. Nam Livium cùm Graio Andronici cognomine tragœdiam dedisse nomine Inonem, clarè testatur Terentianus Maurus versibus istis:

Livius ille vetus Graio cognomine suæ
Inserit Inonis versu puto tale docimen.
Præmisso heroo subiungit namque miurum,
Hymnum quando chorus festo canit ore Triviæ.

Cum enim chori meminerit apertè, necesse est ista de tragœdia capiamus. Eam vero non Ionem, sed Inonem vocat. Quod etiam approbant verba à Prisciano adducta. Neque enim Ioni conveniunt, Inachi filiæ, quam Iupiter, ut furta sua tegeret, in vaccam convertit: sed Inoni, filiæ Cadmi, Athamantis uxori, matri Melicertæ, quicum in mare se de scopulo præcipitavit. Atque inde simul liquet, humani aliquid passum Iosephum Scaligerum, cùm verba illa de Sapphone intelligit, notis in Cirin. Nam si sint ex fabula Inone, quin de hac potius, quàm Sapphone, intelligi debeant, dubium non est. Sed in altero quoque maximum illum virum opinio fefellit. Nam putavit esse ea Lævij verba. Nec temere ita credidit, sed secutus est quorundam Mssorum fidem. In nostro sanè disertim legitur *Lævius Ione*. Sed in aliis, tam manu exaratis, quàm prœlo excusis, Livius vocatur: quod verius esse Terentiani comprobat autoritas: ubi ne *Levius* legas, impedit, quod de Graio Andronici cognomine adiungit. Superest aliquid de numeris dicamus: quibus hunc in modum restituere Scaliger tentabat:

Sesque in alta maria præcipem misit
Inops & ægra sanitatis herois.

Neque aliter nunc versus isti adduci solent à viris doctis. Tantum apud omnes summi viri valuit autoritas. Atqui non parum emendatio ista abit à Mssis & vett. editt. in quibus pro *sesque* est *seque*, & verbum *misit* constanter omittitur, uti & copula post *inops.* Neque caussa est, cur Livium in tragœdia putemus scripsisse jambicos σκάζοντας. Nam illud, *Argenteo polubro & aureo gutto*, quod ex Livio citat Nonius, aliter possis ordinare, ut *argenteo* ultima sit ἀπωδία, ac *polubro* versum inchoet sequentem. Adde quod non sapit tragœdiam. Vti nec illud, *Scrabra in legendo, redivivosave offendens*: de quo postea dicam. Quare, quod jam aliis in mentem venisse video, pro *Inops*, duabus

bus literis extritis, *Ino* legere malim. Cui emendationi favet ipſum fabulæ nomen. Et ſi verbo explere numeros ac ſententiam juvat: id, ne claudicet verſus, potius ſit *dedit*, quam *miſit*. Nempe ut hunc in modum ſcripſerit Livius:

- Seque in alta maria præcipem
Ino ægra ſanitatis herois dedit.

LAODAMIA.

*

Aut nunc alia te quæpiam
Aſiatico ornatu affluens &c.] In Mſo meo lego, *Aut nunc quæpiam alia te illo Aſiatico* &c. Quare pro *te illo* legendum *te Ilio*, ac digerendi verſus in hunc modum:

- Aut
Nunc quæpiam alia te Ilio,
Aſiatico ornatu adfluens,
Aut Sardiano aut Lydio
Fulgens decore, & gloria,
Pellicuit.

PROTESILAO.

*

Pag. 4. *Cupidius miſerulo obito*] Citat Priſcianus, ut oſtendat *obitus* interdum valere τεθνεώς. Sed in Mſo noſtro, Lævio, non Livio tribuitur. Apud Iunianum Majum quoque pro *Cupidius* eſt *Cupidinis*.

TEREO.

*

Ego puerum interea ancillæ ſubdam lactantem meæ,
Ne fame perbitat] Scribe *lactanti*, vel *lactentem*: Verſus verò ſic digere:

- Ego puerum
Interea ancillæ ſubdam lactentem meæ,
Ne fame perbitat.

Credito cum illos ſoli meâ voluntate nunquam limavit caput] Nævio tribuit edit. Mediol. & Ven. Pincij, item Iunianus Maius. In quibus, quemadmodum & Aldinâ, verba hæc ita concipiuntur, uti hic expreſſum. Niſi quod in nonnullis magis etiam corruptè eſt, *cum illos ſol in ea*. Ad veram lectionem nos ducit fabulæ nomen. Inde enim cognoſcimus, actum eſſe de Philomela, quæ ſive ſanguine ſuo, ſive, ut Nicocrates voluit, opere acu picto, ſorori ſuæ Progne perſcripſit, ut à Tereo ſtuprata eſſet invita. Rectè igitur hunc locum emendabat Delrio: ſed, quod ille facere neglexit, nos porrò leviculâ traiectione numeris eum ſuis reſtituemus. Sic enim Livius ſcripſit:

- *Credito, cum illo, ſoror,*
Voluntate meâ nunquam limavi caput.

Niſi forte malis:

-*Credito, cum illo ſoror*
Voluntate meâ nunquam limavit caput.

Nam *limavit* eſt in omnibus antiquis. Ita verba fuerint Prognes. Sed alterum illud eſt verius multò. Nihil enim attinebat, ut Progne diceret, ſororem ſe invitâ ſtupratam. Quare Philomelæ potius eſſe iſta verba, ac ita, uti dixi, legi debere, dubium non eſt.

TRAGOEDIIS INCERTIS.

Pag. 5. *Qua Caſtalia per ſtruices ſaxeas lapſu accidit*] Trochaicus erit, *Quaque Caſtalia*, vel, *Quaque Caſtalis aqua per ſt. ſ. l. a.* Sed in codice Farneſiano pro *qua* eſt *quo*. quod ex *Equo* corruptum puto. Præſertim quando ex edit. Med. & Ald. pro eodem legitur *quarto*. Vt fortaſſe ſcripſerit Nonius, *Livius equo tro*. hoc eſt Equo Troiano. Nam huiuſmodi compendio in fabularum nominibus uti ſolent. Et facilè princeps litera exteri, duæque proximæ ab ultima traiici potuerunt.

Qua-

Quænam iſta ſuavitas, quænam conſortio eſt?] Tum antiqui, tum recentes Nonij codices hæc tribuunt Tito Livio. Neque id fugit viros doctos, ſed errorem ſive Nonij, ſive librarij eſſe putarunt: partim numerorum ergo (nam ſenarius eſt) partim quia *conſortionis* vox pro *conſortio* Andronicum potius, quàm Patavinum illum ſapere videatur. Atqui nec Tullius eam refugit III de Officiis, ut obſervat Nonius. Cui hac parte favent omnes libri vett. nequis illos moretur, qui *conſociatio* in Cicerone ediderunt. Sed quid multis opus? Quando & alibi hac voce utitur Titus Livius, & in oratione Appij Claudij, quæ exſtat extremo lib. VI. hæc ipſa verba legimus: *Quænam iſta ſocietas? quænam conſortio eſt?* Vnde corrigi debent codices Nonij vulgati, ubi pro *ſocietas* perperam legitur *ſuavitas*.

*

6. *Matrem procitum plurimi venerunt*] Scaligero aſſentio, qui ad Feſtum obſervat, non eſſe ex tragœdia, ſed veteri Odyſſea. Expreſſit enim illud Οδ. A. 248.

Τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται.

Procitum dixit pro *procatum*, ut *artitus* pro *artatus*, *impetritus* pro *impetratus*.

*

Vecorde & maleficâ vecordiâ] Scaliger ad Feſtum emendat, *Vecorde & malefico vacerra.* Quod rectum eſt. Nam adfert hæc verba Feſtus, ut oſtendat, quis ſit *vacerra*. Sunt verò non ex tragœdia, ſed Odyſſeâ. Nempe, ut idem Scaliger nos docet, ex illo Οδ. B. 243.

Μέντορ ἀταρτηρὲ, φρένας ἠλεέ.

Nam ἀταρτηρὸς, *maleficus*; φρένας ἠλεὸς, *vecors*.

*

Adfatim edi, bibi, luſi.] Ne hoc quidem huius fuerit loci, ſi, quod Scaliger docet, & nos verum putamus, expreſſum eſt ex iſto Οδ. O. 372.

Τῶν ἔφαγόν τ' ἔπιόν τε, καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα.

*

Scabra in legendo rediviosave offendens] Lævij eſſe cenſet Scaliger, idque non alio argumento, quàm quia ſit jambi-

jambicus σκάζων, ac σκάζοντες quoque ſint verſus iſti de Ione ſuperius adducti, quos Lævio tribuunt libri chirographi. Sed in eo ratio fugit virum ſummum, ut ſuperiùs oſtendimus. Ego cur Livio abjudicem, nihil video. Sed cenſeo non tam eſſe ex fabula aliqua, vel ex Odyſſea, quàm ex præfatione operi præmiſſa. Id enim verba ipſa ſuadent, quæ conveniunt ſcriptori aut interpreti à dictionis impolitie ſe purganti. Ac ne illud quidem ſatis eſt evidens, num præfatio iſta vinctâ, an ſolutâ oratione ſcripta fuerit. Nam quis neſcit, quoties jambicus aliquis etiam ſummis excidat oratoribus? Præfationes verò fabulis præmitti ſolere, vel fidem fecerit locus Quinctiliani lib. VIII. cap. III. ubi ait, *inter Pomponium & Senecam etiam præfationibus eſſe tractatum, an, gradus eliminat, apud Accium in tragœdia dici oportuiſſet.*

❀

Surregit & ſorctus pro ſurrexit, & quaſi poſſit fieri ſurrectus, frequenter poſuit Livius] Apud Feſtum eſt *L. Livillus.* Ac propterea dubitabat Scaliger, utrùm hæc pertineant ad Andronicum. Sed cùm Livilli meminerit præterea nemo: & Livio clarè tribuat Diaconus: niſi, quod dicitur, nodum in ſcirpo quærere animus eſt, non eſt, quod ab hac ſententia recedamus.

IN

IN Q. ENNII Fragmenta.

ACHILLE.

*

Pag. 8. *Serva cives, defende hostes, cùm potes defendere*] Trochaicum hunc citat Nonius: sed perperam *defendere* exponit tueri. Nam eâdem notione capiendum, ac in Maronis illo, *Solstitium pecori defendite*. Vbi Servium vide.

*

Quò nunc incertâ re atque inoratâ gradum
Regredere conare?] Hieronymus Columna pro *incertâ* mavult *infecta*. Sed alterum illud est in omnibus libb. Et rectiùs, quando *inoratâ* non valet *inexoratâ*, sed *non oratâ*. Quomodo Cicero pro Roscio Amerino, de legatis ad Syllam missis dixit, *Ameriam re inoratâ reverterunt*. hoc est, nondum expositâ Syllæ.

Nam consiliis obvarant, quibus tamen
Concedit hic ordo] Apud Perottum in *Obvaro* ita concipitur hic locus:

- Nam consiliis obvarant omnia,
Quibus tantum concedit hic ordo -

Vt fortasse scripserit Ennius:

Nam consiliis obvarant omnia, quîs tamen
Concedit hic ordo -

*

Per ego Deum sublimas subices humidas
Vnde oritur imber sonitu sævo & spiritu.

Sublimas, rectum censeo, cum ita legatur apud Non. in ed. Med. Ald. & uno in loco apud Iunianum Maium. Alibi idem post *subices* distinguit, ac legit,

- humidus Vnde oritur imber -

Quod non aspernor.

AIACE.

AIACE.

*

Sanguine emisso tepido tullii efflantes volant.] In Med. & Ald. legitur, *Ennius Aiace*, *Aiax misso sanguine tepido t. e. v.* Sed illud *Aiax* irrepsit ex fabulæ nomine, quod antecessit. Locum vero hic habere nequit, cùm sermo sit de Aiace recens interfecto. Sic igitur jambicis numeris restitue:

- Sanguine
Emisso tepido tullij efflantes volant.

*

Pag. 9. *Qui rem cum Achivis gesserunt statim.*] Hier. Columna, *gesserat*; ut ad Aiacem referatur. Delrio verò sic legit: *Phryges tum Achivis cesserunt statim.*

Pag. 10. ALEXANDRO.

Est ubi hæc fabula *Alexander* vocetur, qui Paris fuit: est item ubi dicatur *Alexandra*, quæ est Cassandra. Imò quibusdam in locis inconstanter nunc hoc, nunc illud legas. Fortasse Ennius utriusque nominis fabulam scripsit. Sanè fecerat idem Euripides, itemque Æschilus: ut de utroque ostendit clarus ille Græcarum antiquitatum ocellus Ioannes Meursius. Quod si unius fabulæ hæc sunt fragmenta, potius ex Alexandra Alexander, quam ex hoc illud factum fuit. Est enim Alexandri nomen pervulgatius, in cuiusmodi rarius peccatur, cum ferè immutent librarij, quæ capiunt minus. Pleraque etiam fragmenta à Cassandra proferuntur, ut mox parebit.

*

Hominem appellat: quid lascivis stolide? non intelligit] Non redolent hæc cothurnum.

*

Iamdudum ab ludis animus atque aures avent
Avide exspectantes nuntium] Hæc quoque ex præfatione

fatione potiùs, quam tragœdiâ mihi esse videntur. At ne fallat Stephanns, qui istis, ut Enniana, in Collectione suâ appingit: *propter hanc aurium aviditatem theatra replentur.* Sunt enim non Ennij, sed Varronis verba.

*

Multi alij adventant, paupertas quorum obscurat nomina] Trochaicus cum sit, resolvi tamen possit in anapæsticos: si post *paupertas* dividas.

*

Nam maximo saltu superavit
Gravidus armatis equus,
Qui suo partu ardua perdat
Pergama.] Si ista sunt ex Alexandra, uti putamus, pertinebunt ad vaticinium eius. Eoque pro *superavit* lego *superabit.* B enim & V consonum passim permutantur. Numeri verò trochaici sint, dum initio caussalem tollas:
Maximo saltu superabit gravidus armatis equus,
Qui suo partu ardua tollat Pergama –
Quamquam nec minus placet iambicos fuisse: sed tum post provocabulum *qui*, exciderit *mox*, vel similis particula. Aut extremis verbis traiectione solâ medere: ut ita concipiatur locus:
Nam maximo
Saltu superabit gravidus armatis equus,
Suo partu qui tollat ardua Pergama.

*

O lux Troiæ, germane Hector,
Quid ita cum tuo lacerato corpore miser?
Aut qui te sic respectantibus tractavere nobis?] Locus corruptissimus. Anapæsticos fuisse, satis ex primo versu comparet. Ergo proximè, ubi legitur, *Quid ita*: legi debet, *Quid te ita.* Nempe provocabulum *te* librarij errore transmigravit in versum sequentem: unde furcillari, inque locum suum reduci debet. Præterea ex illo *cum tuo* faciendum *contuo.* Nam Macrobius disertim dicit,
hinc

hinc expressum esse Maronis illud: *Aut cur hæc vulnera cerno?* *Contuo* verò pro *cerno*, etiam Andronicus usurpat, & Ennius alibi, ut suprà dictum. Quare totum locum sic rescribo:

- O lux Troiæ
Germane Hector, quid te ita contuo
Lacero corpore miser? aut qui sic
Nec spectantibu' tractavere
Nobis?

Loquitur Cassandra, unde Hectorem appellat germanum suum. *Nec spectantibus* interpretor non prævidentibus, atque adeo nec, cùm fieret Hectorea cædes, animo illud tuentibus. Nam solent vati futura absentiaque obversari tanquam præsentia. Quomodo & hîc capio illa verba: *Quid te ita contuo Lacero corpore?* Simile est illud ὅραμα Cassandræ apud Senecam Agamemnone:

Imago visus dubia non fallit meos.
Spectamus. epulæ regiâ instructæ domô,
Quales fuerunt ultimæ Phrygibus dapes,
Celebrantur. Cæteráque, quæ subjungit.

Et ista etiam verisimile faciunt nobis, quod antea diximus, tragœdiæ huic potius *Alexandræ*, quàm *Alexandro*, nomen fuisse.

*

Dimidio purus putus] Apud Festum sic legitur: *Ennius dixit in Alexandro: .... amidio purus putus: & Plautus, Purus putus hic sycophanta est.* Scaliger ex .. *amidio* fecit *dimidio*. Sed uti in exemplo Plautino, ita in Enniano convicium fuisse videtur. Vt itaque in illo est *sycophanta purus putus*: ita hic fuerit *catamidius purus putus*: vel, quod à scriptura vulgata non abit, *catamidio p p.* Nam ut *pumilus pumilio*, *pusus pusio*, *amasius amasio*: sic videntur dixisse *catamitus catamitio*, sive *catamidio* per D. literam, quæ & est in Græco γανυμήδης, unde opici illi suum *catamitus* fecerunt.

ANDRO-

ANDROMACHA.

*

Pag. 11. *Nam ubi introducta est, puerumq́, ut laverent, locant in clypeo.*] Apud Nonium ex Andromeda Ennii citatur. Sed *Andromache* legi debere, rectè monet Scaliger in Coniectaneis. Nam ſermo eſt de Aſtyanacte è turri præcipitato, cuius corpus clypeo impoſitum à Talthybio geſtabatur. Quæ profectò quid ad Andromedam? Fortaſſe huc etiam referri debet Ennij illud apud Varronem in ſexto de L. L.

Extemplo acceptum me necato & filium.

Vbi malo *acceptam*, vel potius *arreptam*, ut verba ſint Andromachæ ad Vlyſſem, cũ ei Aſtyanacta is eripere vellet. Et videtur eadem Andromache, ad Hectorem dixiſſe:

Ex opibus ſummis opis egens, Hector, tuæ.

Quod ex Ennio, ſed tacito fabulæ nomine, Cicero adfert. Sed tamen, cùm hæc arbitrarij ſolùm juris ſint, vix probo, quod Hieronymus Columna propterea, potius inter certa Andromachæ, quàm incertæ fabulæ fragmenta, locum iis ſuum adſignârit. Præſertim cùm de priori ne illud quidem, an germanum Ennij ſit, controverſia omni vacet. Quanquam interim negari non poſſit, ſatis ingenioſam ac veriſimilem eſſe Scaligeri coniecturam: qui, cum in cunctis Varronis libris inveniſſet, *Etiam inde idem illud enim*: ex iſtis exſculpſit, *Etiam indidem illud Ennij.*

*

Acheruſia templa alta Orci pallida
Leti, obnubila, obſita tenebris loca.] Reſtitutio iſtorum pendet ex collatione Varroniani loci cum Tulliano. Apud Varronem eſt: *Acheruſia templa alta Orci ſalvete infera.* Apud Ciceronem verò: *Acherontia templa alta Orci pallida leti, obnubila, obſita tenebris loca.* Nempe præteriit Cicero verba illa, *ſalvete infera.* Quibus inſertis, copulâque adiectâ poſt *obnubila*, fient anapæſtici tales:

- Acherusia
Templa alta Orci salvete infera,
Pallida leti, obnubila, & obsita
Tenebris loca -

Leti illud cum *loca* conjunge. Sed fortasse simplicius fuerit, si pro *leti* scribas *Letea :* ut jambici sint huiusmodi:

Acherusia templa Orci salvete infera,
Pallida, Letea. obnubila, obsita tenebris
Loca. -

*

Rapit ex alto naves velivolas.] Ex Iambico erit, si legas:

- Ex alto rapit
Naves velivolas -

Sed nihil opus trajectione; quando finis est, initiumque anapæstici.

*

Sed quasi ferrum, aut lapis durat;
Rarenter gemitum conatu trahens.] Vt trochaici sint, scribe:

- Sed ferrum quasi,
Aut lapis durat, rarenter gemitum conatu trahens.

Ita enim malo, quàm cum Hadriano Iunio *lapis dura.* etsi illud & Hieronymus Columna probat. Neque me fugit, eodem genere alibi dicere Ennium, *Tanto sublata sunt agmine tunc lapides -* Verum hoc loco, tum numeri id respuunt, tum etiam sententia. Nam cùm lapidi planè non conveniat gemitus, quomodo dixisset poëta, gemere aliquem, sed rarius, tanquam lapidem duram? Pro *trahens* in vett. libb. & apud Iun. Maium legitur *trabem*, Cumque mox sequatur *Ergastulo* (id fabulæ nomen) poëta verò prætereatur: credere aliquis possit, veram esse lectionem, *Trabea Ergastulo.* Sed calidum hoc commentum sufflaminat Nonij autoritas, qui in verbo *Villicari* sequentia poetæ verba citat ex Pomponij Ergastulo. Vt nihil certius sit, quàm Pomponij isthic nomen, non Trabeæ intercidisse.

ANDRO-

ANDROMACHE-MOLOTTO.

*

Molottus, unde fabulæ nomen, Andromaches ex Neoptolemo filius fuit. Plenius fabulæ argumentum cognosces ex Andromache Euripidis. Absque Mercero esset, verum Ennianæ fabulæ nomen nesciremus. Quod vir ille sagaciter primus est odoratus. Vide Notas eius ad Nonium in *Exanclavit*. Timidè tamen in eo subscribo, quod non solum verba illa in *Exanclavi* & *Summum* ex ea esse petita arbitratur, sed illa etiam in *Sonit*. Vbi vetus edit. Med. Ald. aliæque, *Ennius Andromeda & Hermaphrodito*: in Mssis verò, *Andromeda & Hamapotide*: quæ profecto longius abeunt à Molotto. Quare de loco isto ulterius disquirendum.

ANDROMEDA.

*

Quæ cava cœli signitenentibus
Confici' bigis] Hæc ex Ennij esse Andromeda, de Scaligeri coniecturâ dicuntur; sed parùm certâ, cùm apud Varronem in cunctis codd. non *Andromeda*, sed *Andromacha* legatur; quam etiam scripsit Ennius. Nec si aliter legi deberet, eò Ennij Andromedam intelligere necesse haberemus, cùm etiam Livius, & Attius, eius nominis fabulam dederint. Adde quod pòst Andromedæ & Agamemnonis verba subiicit Varro: *Et Ennius item, Cœli ingentes fornices.* Quomodo, puto, non scripsisset Varro, si priora etiam Ennii fuissent. Nec ista quidem, *Cœli ingentes fornices*, cur ex Andromeda esse credamus, idonea adferri caussa potest.;

*

Circum sese urvat ad pedes à terra quadringentos occultat caput] In Mediolan. & Ald. solùm est: *Circum sese urvat ad pedes.*

 Sed

Sed in ſchedis Antonij Auguſtini ſequebatur: *ad pedes ſterra occ. . . . caput.*
Vnde primitus ita reſtituebam:

Circum ſeſe urvat ad pedes, ter occulit
Caput -

Sed duplici nomine hæc ſententia improbatur. Nam quæ & deinceps dicuntur de ceto à Perſeo vulnerato, ea trochaici ſunt: à quibus hæc abire non debent. Deinde in Farneſiano codice legitur, *terra quadringentos caput.* Vnde non infeliciter, ſiquid in his ſtudiis video, legendum conjecto, *ter ac quater ingens caput.* Solùm deeſt verbum *occulit*, quod ex Auguſtiniani codicis veſtigiis revocari debet. Sic igitur ſcribo:

Circum ſe urvat ad pedes, ter ac quater ingens occulit
Caput -

Cetus, inquit poeta, accepto vulnere, ad Perſei pedes ſe urvat, quod eſt *κυβιστᾷ*, ac caput ingens undis occulit ter quaterque. Quomodo de eâdem belluâ Naſo ait IV Met.

Vulnere læſa gravi modò ſe ſublimis in auras
Attollit, modò ſubdit aquis.

Quod verò dixi, trochaicis Ennium retuliſſe fabulam de Perſeo & ceto; id ſequens etiam fragmentum oſtendit:

- *Alia fluctus differt, diſſupat*
Viſceratim membra, maria ſalſa ſpumant ſanguine.

*

Item proximum ab illo:

Scrupeo veſtita ſaxo atque oſtreis ſquamæ ſcaprent.

Ita rectè editum à Mercero. Vbi Ms. *excrabent*, Aldina editio *excaprent*, Mediol. *exſcraptent*. At Delrio planè hic audiri non debet. Oſtreis ſquamas ſcapres eſſe ait, quomodo Ovidius refert fuiſſe ei

- *terga cavis ſuper obſita conchis.*

*

Filiis propter te obiecta sum innocens Nerei.] Vt trochaici sint, lege,

Filiis propter te'd obiecta innocens sum Nerei.

Vel sic,

Filiis te propter obiecta innocens sum Nerei.

Innocentem se ait Andromeda, quia non ipsa peccârat, sed mater Cassiopea, quæ Nereidas à filia sua dixerat pulchritudine vinci. Ovidius:

Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedam pœnas.

Filiis igitur (in quo decipitur hoc loco Delrio) pro *filiabus* dixit: cuius generis multa adducimus in commentariis nostris de Lingua Latina.

*

Rursus prorsus reciprocat fluctus feram.] Cùm hæc quoque de ceto intelligantur: non jambicus erit, sed trochaicus, cui prima desit διποδία.

*

Corpus contemplatur, unde corporaret vulnere] Hoc est circumspicit Perseus, quâ parte cetum posset vulnerare. Nam id valet *corporare*, Nonio teste.

CRESPHONTE.

*

Pag. 13. *Audis, atque auditis hostimentum adiungito.*] Scaliger ad Festum *Audi* legit, quod metrum, & sententia postulat.

*

Duxit me uxorem sibi liberûm quæsendûm gratiâ] *Ducit* scribe, propter vett. libb. consensum.

*

An inter se sortiunt urbem atque agros.] *Sese* exigit metrum.

*

O piè eam secum advocant, eunt ad fontem, nitidant corpora.] Ianus Guilielmius legit, *Piè Deam secum advocant.* Delrio hoc pacto, *Properè secum advocant.* Sed examussim optimè Hugo Grotius, *Opem Consivam advocant.*

*

Ego, cùm meæ vitæ paream, letum inimico deprecor.] Non sententia minus, quàm numeri requirunt:

- Ego cum meæ
Vitæ non paream, letum inimico deprecor.

*

Neque terram iniicere, neque cruenta
Convestire mihi corpora licuit,
Neque miseræ lavere lachrymæ salsum sanguinem.] Pro tertio *neque*, *nec* lege: præterea traiectione leviculâ opus, ut sint jambici quadrati, hoc pacto:

Neque terram iniicere, neque cruenta convestire corpora
Licuit mihi miseræ, nec lavere lacrimæ salsum sanguinem.

Quamquam quid est *lacrimæ sanguis?* aut cur sanguis dicitur salsus? aut quomodo trucidato lacrimam potius, quàm cruorem, jubet abstergere? Quare non dubito, quin scripserit Ennius: *- nec lavere lacrimis salsis sanguinem.* Quod simile est isti Attij in Phinidis:

Salsis cruorem guttis lacrimarum lavit.

Et huic Ovidij lib. III de Arte:

Sustinet, & lacrimis vulnera sæva lavat. -

*

Pag. 14. *Nam nos decebat cœtus celebrantes domum* &c.] Fortasse non Ennius, sed ea Cicero ipse de fonte Euripidis expressit.

DVLO-

DVLORESTE.

*

Extemplo Ægisthi fidem nuncupantes conciebant populum] Multa adeò ex Paccuvij Duloreste citant veteres, ut hoc quoque, quod unicum Ennij creditur, Paccuvij videri possit. Solùm obstat veterũ libb. consensus. Sed quis nescit sæpicule Nonium, sive librarium eius, in huiusmodi falsum esse? Ac propterea Scaliger Paccuvij nomine adducere non dubitavit. Pro *egisti*, uti in Aldina est, rectè in antiquioribus, uti Mediolanensi, & Veneta Pincij, est *Ægisthi.* Sic verò digere, ut trochaici sint:

- Extemplo Ægisthi fidem
Nuncupantes conciebant populum -

ERECHTHEO.

*

Quibu' nunc ærumnâ meâ libertatem paro?
Quibu' servitutem meâ miseriâ deprecor?] Verba sunt Colophoniæ, cùm eam parens Erichthonius ex sortibus pro Atheniensibus esset sacrificaturus: de quo, præter alios, Higynus fab. CCXXXVIII. Hadrianus Iunius, cùm apud Nonium invenisset: *Ennius: Eripite ô cui nunc ærumna* &c. credidit locum sic legi debere:

- Eripite ô quibus
Nunc ærumna mea &c.

Nempe non venit ei in mentem, verba illa, *Eripite ô*, corrupta esse ex *Erichtheo:* quæ lectio apud Agellium integra remansit.

*

Pag. 15. *Arma arrigunt, horrescunt tela.*] Ita est in recentioribus Macrobij libb. Sed Aldina *rigent*, quod probum.

*

- Lapideo
Sunt corde multi, quos non miseret neminis.] Ita dixit more Græcorum, quibus gemina negatio negat vehementius.

EVMENIDIBVS.

*

Areopagiticam eâ de re vocant petram.] Ita ex Æſchylo (unde hæc, & ſequentia tranſtulit Ennius) correxit Scaliger in Coniectaneis. In Mediolanenſi, & Aldina, atque aliis, priùs legebatur:

Areopagitæ quid (vel *qui*) *dedere quam pudam.* Vnde eliciebam,

Areopagum inde qui dixere eam petram. Saltem propius paullò hoc accedit ad veterem ſcripturam. Nec magis abit ab Æſchyli verbis:

-ἔνθεν δ' ἔς' ἐπώνυμος
Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος.

*

Tacere opino eſſe optimum, ut pro viribus
Sapere atque fabulari tute noveris] Ita Scaliger in Coniectaneis. Sed in antiquis Nonij libb. eſt, *& pro viribus.* Quos Mercerus ſecutus, ita expreſſit:

Tacere opino eſſe optimum, & pro viribus
Sapere atque fabulari: tute noveris.

Quaſi dicat, *tumet ſcire id poſſis.* Vir ſummus legebat,

Tacere opino eſſe optimum, pro viribus
Ni ſapere ac fabulari tute noveris.

Sententiâ ſanè venuſtâ: ſed ſcripturâ paullum diverſâ à libris vett. Apud Iunianum Maium legitur: *Inveni opino eſſe optimum* &c. Vnde aliquis coniectet, *Iuveni opino eſſe optimum, pro viribus Sapere* &c. Sed metrum id reſpuit, & apud Æſchylum, quem Ennius expreſſit, eſt Σιγᾶν ἄρηγει. Nempe illud *Inveni* irrepſit ex Paccuvij exemplo, quod proximè anteceſſit.

*

Id ego æquum aptius feciſſe me expedibo atque eloquar.] Pro *aptius* rectè Gulielmius *ac ius.* Provocabulum *me* jure abeſt à vett. libb. Pro *feciſſe* item lego *fuiſſe*, quod κατὰ συνίζησιν diſſyllabum fit. Eſt enim ſenarius eiuſmodi:

Id ego æquum ac ius fuiſſe expedibo atque eloquar.

Verba

Verba sunt Palladis in Areopago. Qui Oresti tribuerunt, eo sunt decepti, quòd vulgò *fecisse me* legeretur.

*

Nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem.] Divide, ut *Materno* initium sit senarij.

*

Dico ego vicisse Orestem, vos ab hoc facessite] *Ego* à vett. libb. constanter abest. Atque arbitror primum apposuisse Scaligerum in Coniectaneis. Etiam apud Iun. Maium legitur: *dico hinc facessite.* Vt fortasse scripserit Ennius:

Dico vicisse Oresten: hinc facessite.

Vel si, propter codices alios, provocabulum admittendũ,

Dico vicisse Orestem, hinc vos facessite.

Imò, quid si verbum repetitum, *dico* inquam, irrepserit ex *eloco*, sive *illico*? Vtroque enim modo dixere. Vnde Scriverius meus, inter confabulandum, coniectabat:

-- *Dico vicisse Oresten, eloco hinc facessite.*

Facessere autem Eumenidas jubet Pallas.

HECTORIS LYTRIS.

*

At ego omnipotens te exposco, ut hoc consilium
Achivis auxilij fuat] Malim *auxilio.* Opto, inquit, ut hoc consilium vobis sit auxilio. Præterea provocabulum *ego* post verbum suum traiicere metrum jubet. Vt scripserit Ennius:

– *At omnipotens te exposco ego,*
Vt hoc consilium Achivis auxilio fuat.

*

Hector vi summa armatos educit foras,
Castrisque castra ultro iam fere occupat.] Hieronymus Columna legit *re summa*, quod interpretatur, *omnibus copiis.* Sed rectum est *vi summa.* Nam *vi* disertim legitur in Med. Ald. aliis. Sed in iis loco suo traiectum ante *foras* malè collocatur. In nonnullis quoque, & apud

Iun. Maium, est *Hectori*, quod corruptum ex *Hector vi*. Sequenti versu pro *fere* in iisdem editt. est *ferre*. Sed metrum poscit *conferre*. Vel traiectis vocibus scribendum,

Vltroque castris castra iam ferè occupat.

*

Per vos, & vostrum imperium, & fidem Myrmidonum, vigiles commiserescite.] Sic divide:

- Per vos, & vostrum imperium, & fidem
Myrmidonum, vigiles commiserescite -

Possis posteriorem versum explere hoc pacto: *commiserescite Priami*: vel *nostri commiserescite.*

*

Qua meâ cominus macherâ atque hastâ hostiris manu.] Scaligeri (à quo eam Columna accepit) emendatio est:

Quem mea cominus machera, atque hasta hostivit è manu.

Dixit *è manu* pro *eminus*, quod inde conflatum, ut *cominus*, quasi *cum manu.*

*

Pag. 17. *Ducet quadrupedum iugo invitam, doma, infrena. & iugo valida, quorum tenacia infrenari nimis.*] Hectoris Lustris cùm illud narrabatur, ut exanimum Hectoris corpus auro vendiderit Achilles (unde & *Lustris* nomen, sive id est à Græco λύτρον, sive à luendo, hoc est solvendo) tum etiam narrabatur, ut Hector ante pretij istius solutionem bigis sit raptatus circa muros. Eas bigas descripserat hîc Ennius. Sed locus hodie est multimodis sauciatus. Quem Lipsio, & aliis, frustra tentatum, ita medicâ manu Hugo Grotius sanabat:

- Duce quadrupedum iuga
Invicta, indomita, infrenia, iniugalia,
Quorum tenacia infrenari nimis nequit.

Duce integrè dixit, ut *face* pro *fac*. Quamquam nec *duces* damno, uti in vulgatis. Aut *ducat*, vel *duxit*. *Tenacia* equorum, pro pertinacia. Pro *nimis nequit*, lubens rescribam *minis nequit*. Præsertim quando H. Stephanus testis est, pro

pro *nimis* in veteri codice *minùs* legi. Sed quia quòd *minus* refragatur sententiæ, eò in eodem codice *nequit* fuit mutatum in *potest*. Sed *nequit* disertim legitur in veteri edit. Mediol. ubi tamen abest *nimis:* uti contra in Veneta Pincij, & Aldina, item apud Iunianum Maium, legas *nimis*, at abest *nequit*. Vnde in mentem venit, fortasse Ennium scripsisse:

Quorum tenacia infrenabilis minis.

Sin quia in aliquibus illud *Nequit* comparet (quod etiam agnoscit Michael Bentinus suis in Nonium notis) eò malis,

Quorum tenacia infrenari minis nequit:

per συνίζησιν *tenacia* trisyllabon fiet. Aut scribe *frenari minis nequit*. Nam *in* fortè irrepsit occasione versus superioris, ubi legas *infrena* sive *infrenia*.

*

Sublime iter quadrupedantes flammam halitantes] Rectè Clarissimus Scriverius perspexit *sublimiter* legendum. Sic igitur digere:

- Quadrupedantes sublimiter
Flammam halitantes -

Describit ignivomos tauros. Citatur à Diomede: sed in editione, quam Cæsarius recensuit, pro *in Lustris* corruptè legas *illustris*. *Sublimiter* dixit Ennius, ut idem alibi *concorditer*, & *duriter*, ac Nævius *dapsiliter*, *indecorabiliter* Accius, *lasciviter* Lævius (malè apud Charisium legitur Livius, cum ex ἐρωτοπαιγνίοις citetur) item *imperiabiliter*. Cato Senex, verbis istis: *Vbi Maximus nimis imperiabiliter*. pro imperiose & durè. Ita corrigendus & iste locus apud Charisium lib. II.

*

Nos quiescere æquum est: novimus ambo Vlyssem] In Diomede recensito à Cæsario sic legas: *Ennius: In lustris nos quiescere æquum est, novimus ambo Vlyssem*. Pro, *Ennius in Lustris*. Etiam pro *novimus* scribendum *nomus*, ut habent meliores codices. Verba Diomedis sunt: *Apud veteres plurale huius verbi instans colligitur, cùm* NOMVS *dicunt, pro eo quod est* NOVIMVS: *ut Ennius Lustris* &c.

Hector

*

Hector quidem haut &c.] De hoc, & ſequenti fragmento, in Nævianis dicemus.

HECVBA.

*

O magna templa cœlitum &c.] Ex Hecuba eſſe ait Varro. Sed Ennio adſcribitur de coniecturâ: cùm Attius etiam Hecubam ſcripſerit.

*

Sed nunquam ſcripſtis, qui parentem aut hoſpitem
Necaſſet, quo quis cruciatu perbiteret?] Ita hæc reſtituit Hadrianus Iunius. Antea monſtroſe legebatur, cùm in vett. Nonij libb. tum apud Iun. Maium: *Sed nunquam ſcripſiſtis* (vel *ſcripſiſti*) *quis parentem aut hoſpitem Nec aſſat, quos quis* (vel *qui*) *cruciatus perviteret*, aut *porvitent*, aut etiam *pernicent.* Sunt verò Hecubæ verba, accuſantis Polymeſtorẽ, quod Polydorum, hoſpitẽ ſuum, interemiſſet.

*

Pag. 18. *Heu me miſeram, interij; pergunt lavere ſanguen ſanguine.*] Apud Nonium inconſtanter nunc *miſeram* legitur, quaſi Hecubæ verba ſint; nunc *miſerum*, quaſi ea Polymeſtor poſt interfectos liberos, oculoſque ſibi erutos, dixerit. Quod verius puto. Quo tempore & Hecuba protulit, id quod ſequitur:

Iupiter tibi ſumme, tandem malè re geſtâ gratulor.

*

Vide hunc, mea in quem lacrumæ guttatim cadunt.] In vett. libb. *hinc.* Scribe *hanc.* & mox, *quam.* Prout rectè eſt apud Maium. Polyxenam intellige, quam Hecuba complexa lacrumis ſuis rigabat, Vlyſſem miſerabiliter orans, ut ne abducere eam vellet. Fallitur enim Columna, cum hæc putat eſſe Talthybij verba ad Hecubam.

Miſereté

*

Miserete manus, date ferrum, qui me animâ privem.] Ianus Palmerius legit *mei anus.* Sed rectiùs alij putant, ἀρχαικῶς dixisse *mei anuis.* Verba sunt Helenæ ob ereptam Polyxenam lamentantis.

*

Hæc tu etsi perversè dices, facilè Achivos flexeris:
Namque opulenti cùm loquuntur pariter atque ignobiles;
Eadem dicta, eademque oratio æqua non æque valet.] In vulgatis erat, *Nam cùm opulenti loquuntur:* quod metrum respuit. Eoque vel legendum, *Namque opulenti cùm loquuntur:* vel cum Alciato (quem sequitur Columna) scribi debet, *opinati*: quo pacto ab Agellij accusatione liberabitur Ennius; quasi, qui Euripidi sunt δοκοῦντες, eos minùs rectè verterit *opulentos.* Nam δοκοῦντες sunt *opinati*; hoc est, qui in magnâ sunt opinione. Ego, cùm jam Agellij ætate, *opulenti* legi soleat, mutare id non ausim. In quo, scio, non adversabitur mihi, qui veterum in transferendis Græcis libertatem sciat.

*

Quæ tibi in concubio verecundè & modicè morem gerit.] Ex Euripide satis apparet, hæc ab Hecuba ad Agamemnonem dici de filia sua Cassandra.

*

Senex sum, utinam mortem oppetam,
Priusqnam evenat, quod in pauperie meâ
Senex graviter gemam.] Nihil mutato opus. Sunt enim senarij:
Senex sum, utinam mortem oppetam, prius quàm evenat,
Quod in pauperie meâ senex graviter gemam.
Evenat pro *eveniat* poni, monet Nonius. Ob cuius autoritatem *evenat* retinui. Magis tamen verisimile videtur, *eveniat* scriptum esse ab Ennio: penultimam verò absorberi in mensura versus: quomodo infra eidem *propterea* trisyllabon est. Imò & sequenti

versu

versu *Meâ κατὰ συνίζησιν* effertur. Sunt verba Talthybii, cùm Hecubam tantis pressam malis videret.

*

Pag. 19. *Vidi ego adstante ope barbaricâ.*] *Barbarica* dixit pro *Phrygia*. Nam Barbari κατ' ἀντονομασίαν pro Troianis: ut etiam Eustathius observat. Atque ita etiam Maro dixit, *Barbarico postes auro*. Quamquam Servius exponat *multo* Vti & Columna in Enniano hoc *barbarica* interpretatur *maxime*, cò quòd barbari fuerint opulentissimi. Quæ probare minimè possum. Dixi de hoc etiam lib. IV. Oratoriarum Institut.

*

Heu relliquias semiassi regis, denudatis ossibus
Per terram saniæ delibutam fœdè divexarier.] Mirum hosce versus à Cicerone primo Tusculanarum septenarios dici, cùm sint Iambici octonarij. In quo deceptum esse Romanæ eloquentiæ parentem, non dubitat etiam scribere Cæsar Scaliger lib. VII de Re Poët.

*

Pag. 20. *Vidi videre quod me passa sum ægerrime.*] Ita edidit quoque Columna: sed invitâ metri lege. Scribe:

Vidi, videre quod me passa ægerrimè,

Vt reticeatur verbum, usitatâ ἐλλείψει. Idem Columna versum sequentem sic legit,

Curru Hectorem quadriiugo raptarier.

Atque ita ediderat quoque in Cicerone suo Rob. Stephanus. Sed qui secundam in *quadriiugo* attendit, sic in metrum peccari videt. Vera igitur lectio est:

Hectorem curru quadriiugo raptarier.

Nam secunda in *Hectorem* olim erat porrecta: uti in illo senario:

Hectôris natum de mœro iactarier.

*

Adsum atq; advenio Acherunte vix viâ altâ atque arduâ
Per speluncas saxis structas asperis pendentibus
Maxumis, ubi rigida constat & crassa caligo inferûm.]

Acherunte non improbo, ut ſecundâ ſede ſit trochæus. Vel lege, *Aggerunte.* Quomodo Plautus dixit Caſ. Act. II. Sc. VIII.

Certum eſt, hunc Aggeruntem præmittam prius.

Præterea verſum tertium, ut numeri ſerventur, inductâ copulâ ſic ſcribe;

Maxumis, ubi rigida conſtat craſſa caligo inferûm.

Sæpe enim veteres uni ſubſtantivo duo jungebant adjectiva: ut in commentariis de Lingua Latina contra Servium oſtendimus.

*

Unde animæ excitantur obſcurâ umbrâ, aperto oſtio
Alti Aggeruntis, ſalſo ſanguine imagines mortuorum.

Multimodis peccatum. Scribe,

Unde animæ excitantur obſcurâ umbra, apertóque oſtio
Alti Acherontis, falſo ſanguine mortuorum imagines.

Vel hoc pacto,

- aperto alti oſtio
Aggeruntis, falſo ſanguine m. i.

Imagines mortuorum dicit *falſo ſanguine*, quia non ſunt id quod videntur: quippe exſangues umbræ duntaxat.

*

Etſi ſegetem ſunt in deteriorem datæ
Fruges, tamen ipſæ ſuapte naturâ enitent.] Ex Euripide conſtat, eſſe Hecubæ verba, cùm audîſſet, quàm fortiter mortem oppetîſſet gnata. Hacpropter tum Ennij, tum ex Hecuba eſſe, credibile eſt: etſi neutrum Cicero dicat.

*

- Nimium boni eſt, cui nihil eſt mali.] Puto è trochaico eſſe, ac poſt inciſum dividi debere. Vel opus traiectione. Ennij eſſe ait Cicero. Ex Hecuba eſſe, ideo putatur, quia idem in Hecuba ſua dicit Euripides, ut obſervat Muretus lib. v. cap. XIII.

ILIO-

ILIONA.

*

Mater te appello, tu quæ curam somno suspensam levas
Neque te mei miseret : surge & sepeli natum -] Dixit hæc umbra Polydori. Censeo autem fuisse trochaicos eiusmodi,
Mater te appello, quæ cur. s. s. l.
Neque mei te miseret, s. &. s. n. -

*

Age, adsta, mane audi itera dum eadem & ista mihi] In nonnullis *num* abest : sed rectè expressum à Rob. Steph. & aliis *Ista* ferri potest, si post *mane* dispescas. Verius tamen puto, ut senarius compleatur :
- Age,
Adsta, mane, audi, iteræ dum eadem & istæc mihi.
Ex hacce verò tragœdia autumat H. Stephanus etiam esse locum, qui apud Nonium legitur in *Nepos*. Nam ubi in vulgatis est, *Ennius Iliada : Nepos, quas ærumnas tetulisti :* pro *Iliada* legebat ille *Iliona*. Sed rectè observavit Hadrianus Iunius, ita corrigi debere : *Ennius,*
Ilia, dia nepos, quas ærumnas tetulisti.

IPHIGENIA.

*

Quid nocti videtur ? in altisono
Cæli clupeo temo superat.] Veteres editiones habent, *Quid nox videtur?* Pro quo rectè in Vertranii est, *Quid nocti' videtur*. Euripides : τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει. Ex eodem Euripide sic distingue personam Agamemnonis, AGAM. *Quid nocti' videtur.* SEN. *In altisono Cæli clypeo* &c. Corruptè verò pro *altisono* (quomodo rectè Aldus, &, qui Mediolanensi præfuit editioni, Baptista Pius, ediderant) in illa Vertranii *altissimo* legitur. Pro *sublime cogens*, vel cum Scaligero lege, *cogens sublime* (sunt enim anapæ-

anapæstici) vel cum Turnebo, *ſublimis agens*. Extremo verſu *itiner* ἀρχαϊκῶς ſcribit Scaliger. Sed *iter* eſt in vett. editt. atque id metrum exigit, ne tribrachys ſit tertiâ ſede. Cùm verò iſta ſint de Euripidis Iphigeniâ expreſſa: & Ennius quoque eius nominis fabulam dederit: non dubitauit Columna referre hæc ad Iphigeniam Ennij; etſi Varro, neque in IV, neque in VI de L. L. vel poetam, vel fabulam nominet. Ego potiùs eſſe Nævij puto, ex cuius Iphigenia locum Nonius adducit. Ita ut cenſeam, eo adducor, quod Varro, cùm iſta, quæ retulimus, verba poſuiſſet, continuò ſubdat: *Et Ennius item, Cœli ingentes fornices*. Quippe, ut cenſeo, non eo pacto ſcripſiſſet, ſi priora etiam Ennij fuiſſent.

*

Pag. 21. *Otio qui neſcit uti* &c.] Verba hæc chori eſſe, apertè dicit Agellius. Chorum verò iſtum, non ex mulieribus conſtitiſſe, ſed ex militibus; verba illa planum facient; *neque domi nunc nos, nec militiæ ſumus*. Quare colligimus, milites, cùm ob maris malaciam Aulide morarentur, hunc in modum de otio fuiſſe conqueſtos, quod negotio ipſo moleſtius foret. Numeri ſunt trochaici: ſed, ſi excipias duos verſus extremos, nullus eſt, qui non vulneris aliquid acceperit. In primo, leviculâ duarum vocum traiectione, legi debet:

Otio qui neſcit uti, plus habet negotij.

Alter ſanè mirè, & miſerè deartuatus eſt. Et potuit quidem poeta ſcripſiſſe:

Quam cùm quis negotioſo fuerit in negotio.

Quomodo infrà dicit, *otioſo in otio*. Sed vide, an non potius exciderint verba iſta, *Otij minus*: quæ Hugonis Grotij conjectura eſt. Nempe ea prætererit ſomniculoſus librarius, ſive ob literarum ſimilitudinem, quia *negotij* proximè anteceſſerat: ſive quòd cùm dixeris *plus negotij*, otioſe addi putaret, *otij minus*. Atqui ἀντίθεσις iſta, & ἐνέργειαν orationi

addit, & venustatis expers non est. Tertius versus sic legitur in libris quibusdam: *Nam cui quod agat institutum est in illo negotio.* Vbi pro *in illo* lege *is nullo.* Quarto facilè fit medicina. Nam librarius metri nescius duntaxat neglexit encliticam *que*, eò quòd ad sententiam minimè pertineret, & invenustiùs geminari putaret. Lege igitur:

Id aget, studet ibi, mentemq́; , atque animum delectat suum.

In quincto versu vox iterum excidit, cùm vulgò ita concipiatur,

Otioso in otio animus nescit quid velit.

Vbi etsi legere possimus, *quid factum velit*; tamen, cùm librariis proclivis magis sit error, ubi literarum est similitudo; planè censeo, particulam *quidem* post *quid* excidisse: eoque ita Ennium scripsisse existimo:

Otioso in otio animus nescit, quid quidem velit.

Sexto versu pro *idem* lego *ita*: item pro *nec* scribo *neve*; vel potiùs *nunc* repeti debet: præterea duarum vocum traiectione opus; ut ita concipiatur versus:

Hoc ita est, neque nunc domi nos, nec nunc militiæ sumus.

Duo versus extremi, uti dixi, communem calamitatem effugerunt. Nunc quia illustris adeò sententia coniunctim legi meretur, locum integrum hic adscribam, prout arbitror legi debere:

Otio qui nescit uti, plus habet negotij,
Otii minus, quàm cùm est negotium in negotio.
Nam cui quod agat institutum est, is nullo negotio
Id agit, studet ibi, mentemq́; atque animum delectat suum:
Otioso in otio animus nescit, quid quidem velit.
Hoc ita est, neque nunc domi nos, neq; nunc militiæ sumus.
Imus huc, hinc illuc: cùm illuc ventum est, ire illinc lubet:
Incertè errat animus, præterpropter vitam vivitur.

*

Menelaus me obiurgat, id rebus meis regimen restat.] Citat ex Ennii Iphigenia Rufinianus de aganactesi agens. Puto autem sic digeri debere:

Obiurgat me Menelaus, id rebus meis
Regimen restat.

Addit

Addit Columna alterum quoque locum ex eodem Rufiniano, ubi de syncrisi agit. Est verò iste:

Ego proiector (leg. *plector*) *quod tu peccas.*
Tu delinquis, ego arguor pro malefactis.
Helena redeat, virgo pereat innocens:
Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia.

Et verum est, ita potuisse loqui Agamemnonem, cùm à Menelao obiurgaretur. Sed potuit idem, vel exemplum istoc comminisci: vel ex aliquo, qui poëta non esset, adducere. Quorum alterutrum fecisse puto: partim quia auctorem non laudat, quod in vulgatis etiam facere solet: partim quia, quæ attulimus, non vincta est, sed pedestris oratio: ad quod mirum non attendisse Columnam. At illud rectè ab eo est observatum, ad Iphigeniam Ennij pertinere Senarios istos:

Plebes in hoc regi antestat loco, licet
Lacrumare plebi, regi honestè non licet.

Nam disertim Ennio tribuit B. Hieronymus epitaphio Nepotiani: &, quod ad Theologum hunc magnus Desiderius annotavit, expressus est locus ex isto Euripidis Iphigeniæ in Aulide:

Ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον·
Καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει,
Ἀνολβά τ' εἰπεῖν. τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν
Ἄπαντα πάντα.] Sed extremis in verbis vitium obrepsit. Nam quod Latinus Tragici interpres ait, *generoso viro omnia ista*, supple, *negata sunt*: huiusmodi ἔλλειψιν quis ferat? Doctissimus Brodæus legit ἀπαντᾷ ταῦτα, quod est *conveniunt*. Sed contrarium voluit Euripides: quod satis apparet: & Ennii quoque verbis probatur. Quare non dubito, quin rectum sit ἀπανδᾷ, quod est *deficiunt*. Nam id interdum valet ἀπανδᾶν, uti & ἀπαγορεύειν.

*

Pag. 22. *Si te secundo lumine hic offendero,*
Moriere.] Fragmentum hoc, item illud, *Animum adverte*, &, *Dicto pare*, &, *Præter rogitatum si querare*; eò Ennii esse creduntur, quia expressa sunt de Euripidis

Medea : ubi Creon in eandem ſententiam compellat Medeam.

*

Adſta, atque Athenas antiquum opulentum oppidum
Contempla, & templum Cereris ad lævam adſpice.] *Aſta* eſt quoque in Aldina : uti *haſta* apud Iun. Maium. Sed Hieronymus Columna magis probat *aſtu*, quod in veteri ait Nonij codice inventum. Quod ſi placet, *aſtu* hic ponetur pro acropoli, ubi elegantiores habitabant; Athenæ pro Piræo, ubi plebei magna ex parte agebant. Ariſtoteles lib. v. Politic. cap. III : Στασιάζουσι δὲ ἐνίοτε αἱ πόλεις καὶ διὰ τοὺς τόπους, ὅταν μὴ εὐφυῶς ἔχει ἡ χώρα πρὸς τὸ μίαν εἶναι πόλιν· οἷον καὶ Ἀθήνησιν οὐχ ὁμοίως εἰσίν, ἀλλὰ μᾶλλον δημοτικοὶ οἱ τὸν Πειραιᾶ οἰκοῦντες τῶν τὸ ἄστυ. Etiam Euſtathius in Il. P. ubi πόλιν ac ἄστυ jungit poëta, ſcribit, Ζητητέον εἰ πόλιν μὲν λέγει τὸ κατώτερον, ἄστυ δὲ ἀκρόπολιν. Sed nihil iſta Columnæ cauſſam juvant, quia non *aſtu*, & *Athenæ* opponuntur; ſed *aſtu*, & *arx*; hoc acropolis, illo Piræus ſignatur. Quomodo & Accius diſtinxit Oenomao :

- *Omnes qui arcem aſteumque incolunt.*

Quare Ennium non *aſtu* ſcripſiſſe arbitror, ſed *adſta*. Præſertim quando hoc verbum eſt poſtulantis, ut animum in rem præſentem totum intendamus, ſive aliquid cum cura contemplandum; uti hîc fit: ſive aliquid grave audiendum, vel narrandum; uti apud hunc ipſum Ennium Ilionâ: *Age adſta, mane, audi, itera dum eadem & iſta mihi.*

*

Teneor conſipta, undique venor.] *Venor* eſt *circumvenior*, interprete Nonio. Pro *conſipta* vulgò legebatur *conſepta* : unde Michael Bentinus coniectabat *correpta*. Sed rectum eſt *conſepta*, ſive potiùs *conſipta* : quod Ennianum eſt. Feſtus : *Conſiptum apud Ennium pro conſeptum reperitur: Conſiptum clavis præfixum.* Porrò locus ille à Nonio adductus citatur ex Nemea, juxta Iunianum Maium, item editt. vett. atque etiam Mss. Sed *Medea* legi debere,

bere, coniectura est Henrici Stephani, & Hadriani Iunij. At quid impedit, cur Nemeam ab Ennio scriptam credamus, cùm non tantùm Theopompus, (de quo constat ex Athenæo) sed Æschylus quoque Nemeam dederit: ut catalogus indicat scriptorum eius apud anonymum. Præterea non hic solùm locus; sed alter etiam ex Ennii Nemea citatur apud Priscianum lib. v. Puta iste,

- Pecudi dare
Viam marito.

Vbi *Nemeam* disertim habent, cum recentes editiones, tum vetus Veneta anni cIↃ cccc LXXVI. item Msus meus.

*

Matronæ opulentæ optumates &c.] Constare ut possit, quo pacto digeri ista debeant; duo convenit spectare; primùm Euripidem, quem Ennius expressit; deinde Ciceronem, qui Ennium exscripsit. Euripidis quidem sunt ista:

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
Μή μοί τι μέμψησθε. οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
Σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
Τοὺς δ' ἐν θυραίοις. οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς
Δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν.

Nunc Ciceronem audiamus loquentem: *Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignoverunt Medeæ, quæ Corinthum arcem altam habebant, matronæ opulentæ optimates: quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi illæ vitio verterent, quòd abesset à patria. Nam multi suam rem bene gessere, & publicam patriâ procul: multi qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati.* Pro eo, quod Euripidi est, Κορίνθιαι γυναῖκες, poterat Ennius, *Corinthiæ matronæ.* Sed maluit ambitiosâ hæc dictione circumloqui:

Matronæ opulentæ optimates, quæ Corinthum arcem altam habetis.

Vt hæc eodem versus genere Euripideis respondeant, scripsisse Ennium puto:

Matronæ opulentæ optumates, quæ Corinthiam
Arcem altam habetis -

Optumates trisyllabon est, ut inferiùs *propterea*, *uni-*

universum apud Lucretium, aliaque alibi: de quibus in Commẽtariis de L. L. diximus. Sequitur apud Euripidẽ:

- ἐξέλθων δόμων
Μή μοι τί μέμψησθε -

Hoc Ciceroni; *Ne sibi vitio illæ verterent, quod abesset à patria.* Vnde colligo, apud Ennium fuisse:

- Ne mî vitio vertite,
A patria quòd absum

Hinc apud Euripidem est nobilis illa sententia, οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν, & quæ sequuntur. Pro quibus apud Ciceronem legitur: *Nam multi suam rem bene gessere, & publicam patriâ procul: multi qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati.* Ea sic digerebat Antonius Muretus:

- Nam multi suam
Rem bene gessere, & publicam patriâ procul:
Multi domi qui ætatem egerunt, propterea
Sunt improbati.

Sed in omnibus antiquis libris (ut etiam Paullus Manutius testatur) scriptum est, *Qui domi ætatem agerent*: non, *Domi qui ætatem egerunt.* Quare tentabo, an aliter medicina fieri possit. Puto autem post *multi* excidisse τὸ *que*, ob sequens *qui*. Solent enim librarij, ubi concurrunt syllabæ similes, alterutram præterire: ut sciunt, qui veteres tractarunt libros. Quo observato, nihil ultrà mutari opus. Sic igitur scribendum:

- Nam multi suam
Rem bene gessere, & publicam patriâ procul;
Multique qui domi ætatem agerent, propterea
Sunt improbati -

Atque ita quinque istos Euripidis versus quinque aliis ac dimidio expressisse Ennium censeo. In quo operam meam non jacto: sed tamen omnes frustra fuere, qui antehac in digerendis illis laborarunt.

✻

- Salvete optima corpora,
Cette manus vestras, meásque accipite.] Henricus Stephanus suspicatur pro *corpora*, *pignora* legi debere. Quæ satis

ſatis veriſimilis eſt coniectura. Nam expreſſus eſt locus ex iſto Euripideo:

– Δότ' ὦ τέκνα,
Δότ', ἀσπάσασθε μητρὶ δεξιὰν χέρα.

Pignora autem vocari liberos; *corpora* potiùs de ſervis dici; nemo paullò humanior ignorat. *Corpora* tamen conſtanter invenitur in Mſsis, & editis, uti & apud Iun. Maium. Ac propterea nihil mutare auſim.

*

Quò nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi?
Domum paternamne? anne ad Peliæ filias?] Nemini obſcurum eſſe poteſt, dici iſta à Medea. Eò & Ennij eſſe, & quidem ex Medea eius, creduntur; etſi neutrum apud Ciceronem legas.

*

Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequicquam ſapit.] Adducit Cicero non ex III de Orat. ut Delrio putavit: ſed epiſt. VI. lib. VII. Metrum vero requirit, *Ipſe qui*: vel *non quit*: quod non video, cur reiiciat Paullus Manutius.

*

Tu me amoris mage, quàm honoris, ſervaviſti gratiâ.] Vtrùm ex Ennij, an Attij Medea ſit, quis dicat? Interim verba eſſe Iaſonis ad Medeam ſatis eſt evidens.

*

Vtinam ne unquam Medea corde cupido
Colchis pedem extuliſſes!] Ita acutè corrigunt viri docti, cùm antea legi ſoleat: *Vtinam ne unquam Medea corde cupido Colchis pedem extuliſſes.* Sed tamen nec ſic metrum conſtat. Quare potiùs legendum:

Vtinam ne unquam, Medea, de corde cupido
Colchis pedem extuliſſes. Vel hoc pacto:
– *Vtinam*
Ne unquam Medea Colchis de corde cupido
Pedem extuliſſet.

*

Pecudi dare viva marito.] In Mso nostro est:

- Pecudi dare
Viam marito -

Vbi in veteri Veneta, *Vivam marito*. Vnde Cl. V. P. Scriverius legendum coniectabat, *Viram marito*. Et sanè ἀντίθεσις hanc lectionem suadet. *Vira* pro marita, vel simpliciter femina, ut *Querquetulanæ viræ* apud Festum.

*

Neq; tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus.] Eadem sententia est in Euripidis Medea: unde locus hic, sive ab Ennio, sive ab alio, expressus. Quem sic lege:

- Neque unquam tuum
In gremium extollas liberorum ex te genus.

MEDEA EXVLE.

*

Pag. 24. *Nam ter sub armis malim vitam cernere,*
Quàm semel modò parere.] Nonius scribit, *cernere* nunc poni pro *amittere*; nunc pro *dimicare*, vel *contendere*. Vtriusque exemplum facit hunc Ennij locum. Quæ supina oscitantia est. Omnino verò pro *dimicare* accipitur. Nam apud Euripidem, quem Ennius expressit, legitur παρ' ἀσπίδα στῆναι.

*

Iupiter, tuque adeò summe Sol
Qui res omnes inspicis;
Quique tuo lumine
Mare, terram, ac cœlum
Contines, inspice hoc facinus
Priusquam fiat, prohibe scelus.] Ex Euripide apparet, esse verba chori, orantis Solem, ut videat Medeam, priusquam interimat liberos suos. Quod verò hactenus animadversum non est, sunt trochaici tres: sed versu

primo

primo pro *Qui res*, ſcribendum, *Res qui*: ſimiliter verſu ſecundo, pro *Quique tuo*, ſcribe, *Qui tuoque*. Poſt quæ prius trochæus, inde tribrachys conſequitur. Tertio verſu, non facinus videre ſol rogatur, ſed Medeam; ut ex Euripide conſtat: eoque pro *hoc* ſcribendum *hanc*: *hoc* item, quod loco ſuo excidit, cum *facinus* coniungendum. Vera igitur ſcriptura erit:

Iupiter, tuque adeò ſumme ſol, res qui omnes inſpicis,
Qui tuoque lumine mare, terram, ac cœlum contues,
Inſpice hanc, facinus priuſquam fiat; hoc prohibe ſcelus.

Vel ſecundum verſum ſic ſcribe,

Qui tuoque numine mare, terram, ac cœlum contines.

MELANIPPA.

*

Pag. 25. *Mihi auſculta, nate; pueros cremari iube.*] Metrum requirit, *cremari pueros*. Vel ſcribe, *Mi auſ. n. puerosque cremari vide.*

*

Lumine ſic tremulo terra & cava cærula candent] Heroicum verſum in tragœdia etiam locum habere, ex non uno Senecæ loco conſtat.

NEMEA.

*

Teneor conſipta &c.] De hoc, & ſequenti fragmento, dictum ad *Medeam.*

PHOENICE.

Pag. 26. *

Sed virum verâ virtute vivere animatum addecet,
Fortiterque innoxium vacare adverſus adverſarios.
Ea liberta'ſt, qui pectus purum & firmum geſtitat.
Aliæ res obnoxiæ nocte in obſcurâ latent.] Ita nuperæ editiones. Sed in cunctis vett. libb. legitur, *Adiecit fortiter,*

titer, Eumque innoxium vocare. Vnde Clariſſimus Scriverius acutè coniectabat, ex gloſſemate hæc irrepſiſſe, ubi ſcriptum fuerit, *Adiecit* FORTITER, *cùm innoxium vocaret.* hoc eſt, cùm non obnoxium notaret. Et fortè *vocaret* ex *notaret* poſtea inolevit. Hoc gloſſemate furcillato; item ex *purum & firmum* altero eiecto, tanquam ab hæſitante ſcribâ nato; ſic idem Enij verſus in ſenarios redigebat:

- Sed virum verâ virtute vivere
Animatum fortiter adverſu' adverſarios:
Ea liberta'ſt, qui pectus firmum geſtitat;
Res aliæ obnoxiæ nocte in obſcura latent.

Vel, ſi *συνίζησις* in *Obnoxiæ* diſplicet,

Obnoxiæ res aliæ in obſcuro latent.

Vt τὸ *nocte* repetitum ſit ex *obnoxiæ.* Et ſanè vel hæc vera ſunt: vel ſaltem *innoxius* factum eſt ex *obnoxius:* quod, quia de hoc agitur, ad oram fuerit adiectum, unde *innoxius* in textum ſit receptum. Quo uno obſervato, non difficile ſit, hinc facere trochaicos quadratos:

Sed virum verâ virtute vivere animatum addecet,
Fortiterque eum (vel *ἀρχαικῶς Emque fortiter*) *vacare*
adverſus adverſarios.
Ea libertas eſt, qui pectus purum & firmum geſtitat,
*Aliæ res obnoxiæ * nocte in obſcura latent.*

Hiatum verò verſu extremo expleo hoc pacto:

Aliæ res obnoxiæ hoſti nocte in obſcura latent.

Nam cùm ductus literarum in *hoſti* non multum abeat à ſequenti voce *nocte*; ſimilitudo ea occaſionem dare potuerit oſcitanti librario alterum prætereundi.

*

Quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit.] In Mediolanenſi editione reperi:

Quam tibi orationem ex orâ duriter dictis dedit.

Quod probum cenſeo. Ex orâ maritimâ ſermo ille fiebat. Nam agitur de iis, qui mari ſe dabant, ut ſequens indicat fragmentum:

Ibi tum derepente ex alto in altum deſpexit mare.

Vterque verſus eſt trochaicus quadratus. Nempe τὸ *orationem κατὰ συνίζησιν* effertur.

Sævitér

Sæviter suspectionem ferre falsam, futilum est.] *Suspectionem* ab Hadr. Iunio, ac Mercero editum est: ubi vett. libb. *suspicionem*. Nec video, cur mutarint. Nam secundam etiam producit Telamone,

Eandem me in suspicionem sceleris partivit pater.

Quomodo iidem hoc loco ediderunt. In Med. & Ald. imò & recentibus nonnullis, legas *futilium est*. Sed *futilum* est in Mssis, uti & Iun. Maio. Nec quicquam mutandum. Nam ut *hilarus* & *hilaris*, ita videntur dixisse *futilus* & *futilis*: ab hoc est *futiliter*, ab illo *futilè*; quo Ennius utitur fragmento proximo collectionis Scriverianæ.

Stultus est, qui cupida cupiens cupienter cupit.] Vel est trochaicus ἀκέφαλος: vel potiùs, *Stultu'st* scribe; ut senarius sit.

*

Plus miser sim, si scelestim faxim, quod dicam fore.] *Scelestum* est in vett. editt. & apud Maium. Sed in Mso est *scelestim*. Quod Mercerus expressit. Vt *disertè* & *disertim*, *cautè* & *cautim*, *arctè* & *arctim*, *exquisite* & *exquisitim*; sic *scelestè* & *scelestim*.

TELAMONE.

*

Nam ita mihi Telamonis patris,
Atque facies proavi Iovis gratia ea est,
Atque hoc lumen candidum claret mihi.] Planè non dubitandum, quin rectè emendârit Hugo Grotius:

Nam ita mihi Telamonis patris facies, ac proavi Iovis
Gratia grata est, atque hoc lumen candidum claret mihi.

Sunt verba Teucri exulis. *Grata* prætererat librarius ob similitudinem vocabuli *gratia*, quod continuò antecessit.

*

Audibo, atque aures tibi contrà utendos dabo.] In Med. & Ald. legitur, *More antiquo audibo*. Sed videntur verba hæc, *More antiquo*, esse glossatoris, monentis *audibo* pro *audiam* dici ἀρχαϊκῶς. Vt meritò ea hîc prætereantur. Sequitur

quitur in vulgatis (etiam illa Iunij, & Merceri) *neque aures*: ubi Columna, & Nicolaus Faber, rectè, *Atque aures*. In vett. editt. etiam est, *contrariorum* pro *contra*. Sed corrupté. Quod siquis *More antiquo* à poeta esse malit, sic scribat; ut trochaicus sit:

More antiquo audibo, atque aures tibi contrà utendas dabo.

Ait sive Teucer, sive alius, sollemne se suum obtinere velle, neque judicium ferre decrevisse, nisi utramque audierit partem. Notum illud vetus:

Qui statuit æquum parte inauditâ alterâ,
Æquum licet statuerit, haut æquus fuit.

*

Ego cùm genui, tum morituros scivi, & ei rei sustuli.] Malim *moriturum*. Sunt enim verba Telamonis, cùm accepisset nuncium de mortuo Aiace. Mox etiam malim *scibam* ἀρχαικῶς, metro suadente:

Scibam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.

*

Non habeo denique nauci Marsum augurem,
Non vicanos aruspices, non de circo astrologos,
Non Isiacos coniectores, non interpretes somniûm:
Non enim sunt ij, aut scientiâ, aut arte divini;
Sed superstitiosi vates, impudentesque arioli:
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat.
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.
Quibus divitias pollicentur, ab iis drachmam ipsi petunt:
De his divitiis sibi deducant drachmam, reddant cætera.]

Primùm cùm dicitur, *Non habeo denique*, non parùm ambigo, an illud *denique* à Tullio sit, an ab Ennio. Sequentia, ut sint trochaici quadrati, ita restituo:

- Nauci non habeo Marsum augurem.
Non Astrologos de circo, non vicanos aruspices.
Non Isiacos coniectores, somniûmque interpretes.

Versum proximum, vel hoc pacto legere possis:

Non enim ij scientia aut sunt arte divinaculi:

Vel isto modo:

Non enim sunt illi aut arte divini, aut scientiâ.

Sequens

Sequens versus est,

Sed superstitiosi vates, impudentesque arioli.

Vbi vox extrema κατὰ συνίζησιν fit trium syllabarum, ut alibi *propterea.* Quatuor postremi versus non egent Æsculapio. Ex Columna verò discere potes, quâ coniecturâ ad Ennij Telamontem referantur hi versus: uti & sequens iste:

Qui sui quæstus caussâ fictas suscitant sententias.

Vbi in *sui* συνίζησις est. Sed mihi, uti & amicissimo Scriverio, omnes hi versus socci potius, quàm cothurni, esse videntur.

THYESTE.

*

Pag. 29. - *Adspice hoc*

Sublime candens, quem vocant omnes Iovem.] Scaliger legit *Sublimen*, quod in veteri Appuleii codice invenisse se ait. Ac sequitur hanc emendationem Delrio. Quod factum nolim. Nec enim tralatio ista satis apta est: nec eam vel Ennius, vel alius de cœlo usurpavit: ut ante annos hos decem ostendimus lib. IV Orat. Instit. cap VI. Vbi contra maximum illum virum lectionem vulgatam tuemur versibus istis Euripidis, qui apud Athenagoram leguntur in Apologia pro Christianis:

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ, τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ Θεόν.
Videsne sublimem hunc, & immensum æthera,
Omnem suo qui continet terram sinu?
Hunc tu Iovem putabis, hunc credes Deum.

Quis non videt, Ennium hinc more suo expresisse ista.

Aspice hoc sublime candens, quem vocant omnes Iovem.

Quod siquid in Ennio mutandum, non pro *sublime*, *sublimen*, sed *sublimum* scribi debebit. Quomodo idem Achille dixit:

Per ego Deûm sublimas subices, humidus
Vnde oritur imber. -

Lucretiumque, & Sallustium, similiter usos esse, ex Prisciano, ac Nonio discimus.

*

Sed me Apollo ipse delectat, ductat Delphicus.] Sic numeris restitue, ut sit octonarius:

Sed ipse Apollo me delectat, atque ductat Delphicus.

Quamquam quid aliud est *ductare*, quàm *delectare*? Nam *delectare* hîc est, *illicere, attrahere*: ut Nonius exponit. Nec apud Iunianum Maium verbum *ductat* invenitur. Quare videtur, in nonnullos libros ex glossemate irrepsisse, Vt vera lectio sit ista:

Sed ipse Apollo me delectat Delphicus.

*

Quam mihi maximè hic hodie contigerit malum] Traiecto provocabulo senarius fiet:

Quàm maxime hîc mihi hodie contigerit malum.

*

Heu mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala.] *Eheu* si scribas, fuerit trochaicus quadratus. Sed in Mediolanensi, uti & Merceriana, est *glomeras*. Quod si placet, *omnia* dissyllabon fiet, ut senarius sit.

*

Impetrem facile ab animo, ut cernat vitalem Babium.] In Mss. & vett. editt. nunc *Babium* est, nunc *Bebium*. Cui, cùm Romanum id nomen sit; locus in tragœdia Græcanici argumenti esse nó potest. Propterea Mercerus legit, *cernat vitalem βίον.* Quomodo Cicero dicit, *vitã vitalẽ ducat.* Sed quis tragicum esse dixerit, *vitalis βίος*? Nisi fortè ex præfatione est, in qua & Babij, vel Bæbij nomen, invenisset locum. Quod Scriverio nostro placet. Qui legit:

Impetrem facile ab animo, ut cernat Vitalem Bæbium.

Vt Vitalis Bæbius nomen alicuius poëtæ sit, aut obtrectatoris: & fortè is ipse, ad quem Accius Didascalica sua scripsit: ut verbis istis discimus apud Carisium lib. 1: *Quam varia sint, genera poematorum, Bæbi, quamque longe distincta ab aliis, nosce.* Sed si hæc præstantissimi viri conie-

ctura

ctura minùs arrideat, (quæ sanè mihi se mirè probat) vel lege *vitalem hal tum*, ut nonnulli emendant: vel cum Delrio scribe:

Impetret facite ab animo, ut cernat vitalem Atreum.

Vt dicantur ista Thyestæ filiis, cùm mitterentur ad patrem, oraturi, ne gravari vellet, ad fratrem suum Atreum venire.

*

Sed sonitus aureis meas pedum pulsu increpat.] Nihil mutandum, cùm *meas* συνίζησιν patiatur. Est igitur senarius. Nec movere debet, quod in *Crepo* hoc adfertur exemplum: unde Delrio legere jubet:

- Sed sonitus aures in meas
Pedum pulsu crepat -

Nam ibidem alia etiam compositorum exempla simplici permiscet Nonius. Et idem passim facit in istoc opere. Quid certius?

Pag. 30. *

Ipse summis saxis fixus asperis evisceratus,
Latere pendens saxa spargens tabo; sanie & sanguine atro.]

Turnebus lib. XXIII Advers. cap. III. pro *tabe* legit *tabida*; pro *evisceratus*, *visceratus*, quod exponit *laniatus*, *discerptus*. Ita trochaici erunt, instar sequentium. Quod si *evisceratus* retinemus, jambici erunt octonarij, dummodo pro, *& sanguine*, scribas, *atque sanguine*. Nempe hunc in modum:

- Ipse summis saxis fixus asperis
Evisceratus, latere pendens, saxa spargens tabidâ
Sanie, atque sanguine atro.

*

Neque sepulcrum quò se recipiat, habeat portum corporis,
Vbi remissâ humanâ vitâ corpus requiescat à malis.] Priori in versu pro *quo se recipiat*, deleto provocabulo, *quo recipiat* scribi debet: item versu seq. pro, *requiescat à malis*, inducto præverbio, scribendum, *requiescat malis*. Vt trochaici sint quadrati: & favent utrique emendationi isti vett. codd.

codd. ut ad Ciceronem ſuum annotavit alter illius cum Guilielmio ſoſpitator, Ianus Gruterus.

*

Nolite hoſpites adire ad me, illico iſtic
Ne contagio mea bonis, umbráve obſit;
Tanta vis ſceleris meo in corpore heret.] Pro *iſtic* Guilielmius legebat *ſiſtite*: ſed invitis libb. Rectum eſt *iſtic*, ſive quod ex Pythæano codice probat maximus Gruterus, *iſti*. Antiquum hoc pro *iſtic*, quomodo, *illi* pro *illic* crebro legas apud Plautum, & Terentium. Idem *illico iſti* cum præcedentibus iungit. Quod placet. *Meo* abeſt ab vetr. libb. etiam edit. Rob. Stephani. & Gruterianâ. Verba Ennij ſic numeris reſtituo:

- *Nolite, hoſpites,*
Adire ad me illico iſti, ne contagio
Mea bonis, umbráve obſit: ſceleris tanta vis
In corpore hæret -

TRAGOEDIIS INCERTIS.

*

O terra trita, ubi Liberi fanum in cuius muro locavi] Ita editio Med. Ald. aliæ: ut vera hæc videatur lectio:

- *O terra tritavi, Liberi*
Fanum in cuius mœro locavi -

Et ita quoque Scaliger, niſi quod fruſtra traiiciat voces: ut qui legat:

O terra tritavi, in cuius mœro Liberi
Fanum locavi -

At mirifica eſt correctio Auſonij Popmæ:

- *O terra Threicia, ubi Liberi*
Fanum in Crunis Iſmaro locavi -

Sanè ingenioſum videtur commentum: quando Cruni Thraciæ ſunt oppidum, quod poſtea Dionyſiopolis nuncupatum, teſte Plinio lib. IV. cap. XI. & veriſimile eſt, à fano Liberi, qui idem ac Dionyſius, Dionyſiopolin eſſe vocatam. Sed quid eſt *fanum locari Iſmaro in Crunis*? Quis,

Quis, nisi Geographiæ rudis, unum fanum Ismaro, & Crunis, locis tanto intervallo disiunctis, collocet: cùm Ismarus sit in Ciconum regione, prope Schœnum fluvium, qui ex mari fluit Ægæo; Cruni ultra Hæmum sint, ubi Zyras fluit è ponto Euxino.

*

Cubitis pinsebant humum.] Primùm pro *pinsebant* ἀρχαικῶς scribe *pinsibant*, ut est in Mssis, etiam edit. Mediol. Aldin. aliis. Præterea verba illa præmitte, *In terram cadentes.* Varro lib. IV. de L. L. *Ideo Ennius, In terram cadentes, dicit, cubitis pinsibant humum.* Scio alios legere, *Ideo Ennium in terram cadentes dicere, Cubitis pinsibant humum.* Vnde aliqui colligunt, verba priora Varronis esse, non Ennij. Sed hos refellit, quod Ennius expressit Homeri illud:

- Ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ.

Quod legas Il. N. 508. Ξ. 452. Φ. 315.

*

Extemplo acceptum me necato & filium.] Diximus de hoc ad Andromaches fragmenta.

*

Pag 31. *Vt tibi Titanis Trivia dederit stirpem liberûm.*] Ita est apud Iun. Maium. Sed in Med. & Ald. pro *tibi* est *ibi*.

*

Atque priùs pariet locusta Lucam bovem.] Fortè ex annalibus sit, scripseritque Ennius:

Atque priùs pariet Lucam locusta bovem -

Vt extremo versui *quàm* desit.

*

Quod inde invictis sumserunt perduellibus.] Ita Turnebus, cùm prius, etiam in Med. & Ald. legeretur, *Quin inde.* Scaliger emendat:

Vindictam victis sumserunt perduellibus.

Sed minùs à veteri scriptura abit:

- *Quæ inde victis sumserunt perduellibus.*

*

Quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant] Ex Alexandro Ennii esse arbitror.

*

Ea Thelis illi mater.] Videtur esse ex Achille. Nam mater eius ἀρχαικῶς *Thelis* vocata. Varro lib. III. de R. R. cap. IX. *Antiqui, ut* Thetin Thelim *dicebant*; *sic* medicam melicam *vocabant*.

*

Crassa pulvis oritur, omnem pervolat cæli fretum.] Hadrianus Iunius, quem etiam sequitur Hieronymus Columna, existimat Ennium, Æschyli, atque Euripidis exemplo, *Cressas* scripsisse; eoque pro *Crassa*, *Cressis* legit; ut Ennij solùm verba sint ista; – *Pulvis oritur, omnem pervolat cæli fretum.* Sed aliquid diceret, si in superiori versu, qui est trochaicus quadratus, offendere eum quicquam posset: vel si Ennij Cressas veterum ullus laudaret. Nec magis assentio, cùm pro pervolat, uti est in Mssis, & prœlo excusis, *pervolgat* legere mavult. Nam id verbi hic locum non habet, ut quod significet *concelebrare, frequentare*. Lucretius lib. II:

Et variæ volucres, lætantia quæ loca aquarum
Concelebrant circum ripas, fontisque, lacusque;
Et quæ pervolgant nemora avia pervolitantes.

Paccuvius: *Alcyonis ritu litus pervolgans feror.*

*

Pag. 32. *Nimium boni est, cui nihil est mali.*] Si est senarius ἀκέφαλος, vel duæ principes, vel duæ extimæ voces traiici debent. Sed fortè est finis, principiumque trochaici, ut suprà dictum.

*

Salmaci da spolia sine sudore & sanguine] Ita Festus legisse videtur. Sed malo coniunctim *Salmacida*, ut in melioribus Ciceronis codd. legitur. Vett. glossæ interpretantur ἁλμυρός: nempe glossographus ille deduxit à *Salmacia*,

macia, quomodo dictam ait Amphitriten. Propterea Scaliger ad Ausonium & Festum tradit esse translationem à capturâ marinâ, quæ venatione facilior est, cùm fiat καὶ ἀναιμωτεὶ, καὶ ἀκονιτεί. Sed liceat à summo viro dissentire, quem glossographus in errorem abduxit. Nam quis fando unquam Salmaciæ Deæ nomen accepit? Nempe Salaciam dicere voluit, sanè debuit. Nam Salacia Neptuni coniux, quæ Græcis Ἀμφιτρίτη. Varro lib. IV. de L. L. *Salacia Neptuni ab salo.* Idem Gellius docet lib. XIII. cap. XXI. ut Servium, Capellam, Augustinum, omittam. Quod si à *Salmacis* est *salmacidus*, quomodo (in quo etiam Delrio deceptus) significabit salsum, aut marinum? Nec enim *Salmacis* maris est nomen, sed fons in Caria fuit: ut omnes sciunt. Nam, ut poëta ait,

Cui non audita est obscæna Salmacis unda?

Planè igitur sic censeo, *Salmacida spolia* esse, quibus exultant juvenes molles atque impudici, quando Ereptæ, ut idem loquitur, *spolium virginitatis habent.* Nec ἀναλογία adversatur. Nam ut ab *herba* est *herbidus*, sic à *Salmacis* est *Salmacidus*. Quod non attendit doctissimus Guilielmius. Nam ut *Salmacida* tueatur, ait, sic fere *Salmacida* esse à *Salmacis*, quomodo à *Threce Threcidica* est apud Ciceronem Philippica III. Atqui tum, ut *Threcidica*, sic *Salmacidica* diceretur.

❧

Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.] Apud Ciceronem lib. III de Orat. versus iste aliis legitur permistus, ut si iste Tullij sit, reliqui etiam videantur. Ita enim ibi legitur:

Multimodis sum circumventus morbo, exilio, atque inopiâ.
Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.
Alter terribilem minitatur vitæ cruciatum, & necem,
Quæ nemo est tam firmo ingenio, & tantâ confidentiâ,
Quin refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu.

At minimè iccirco existimandum, hæc apud poëtam ita cohæsisse. Nam eopse libro junxerat Cicero:

Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.
Num non vis huius me versutiloquas malitias.

Sed neque idem ubique metrum est. Nam qui syllabarum intervallum attendit, facilè videbit, primum versum esse ex senario, atque ita scribi debere:

- Multis modis
Sum circumventus morbo, exilio, atque inopiâ.

Versu secundo putarem particulam *Tum* à Cicerone esse, nisi & aliis eam locis Tullius præmitteret. Interim aliud fragmentum est, sive trochaicum esse lubet, sive ex senario sit, atque ita scribere conveniat:

- Tum pavor,
Sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.

Vtrùm verò divisim, *ex animo*; an coniunctim, *exanimo*, scripserit; quæri à doctis video. Magnus Turnebus putabat, non magis Latinè dici, *ex animo expectorare*, quàm *ex pectore exanimare*. Cui obducimus illud Attij Phœnissis:

Incusant ultro à fortuna opibusque omnibus
Desertum, abiectum, afflictum, ex animo expectorant.

An dicemus hîc legi debere, *afflictum*, *exanimum*, *expectorant*? Sed obstant libb. omnes. Et minùs ἐμφατικὸν est, si ἁπλῶς dicas, *expectorare aliquem*, quàm *expectorare ex animo*, quod est ex animo amorem omnem ac curam alicuius deponere, vel abiicere. Qui similis ferè est pleonasmus, ac *memoriâ meminisse*, apud Plautum Capt. *ædificare domum* apud Cic. I de Off. & similia. Imò, quando Fabius lib. VIII ait, simile esse *eliminare* ac *expectorare*, ac eiusdem hoc notæ esse ac *exanimare*: sanè hinc quoque exemplum isti geminum petamus. Nam etsi limen ædium pars sit, tamen dixere, *extra ædes eliminare*, ut Pomponius Conchâ:

Vos istic manete, eliminabo extra ædes coniugem.

Et Ennius Medeâ Exule:

Quid sic te extra ædes exanimata eliminas?

Quare liquet, nihil caussæ esse, cur Latinum esse negemus, *expectorare sapientiam ex animo*: quando idem est ac *expectorare eam ex pectore*. Nam sapientia animo inest, qui in pectore creditur domicilium habere. Nec

pro-

propterea poetam ita scripsisse contendo. Nam cùm passim legamus, *exanimari aliquem metu*; satis est verisimile, similiter hic dici, *exanimari aliquem pavore.* Et disertim in libb. quibusdam *exanimo* legitur, vel etiam *exanimato*: quomodo citat quoque Raphael Regius notis ad Quinctilianum. Idem in plusculis Tullij Mssis codd. invenitur: & in præclarâ Ciceronis editione, quam Grutero inter tot alia bona debemus. Neque metrum refragatur, dummodo *sapientia* κατὰ συνεκφώνησιν quatuor efferas syllabis, vel *mihi* contrahas, hoc pacto:

Tam pavor sapientiam mî omnem exanimato expectorat.

Sequitur apud Ciceronem fragmentum tertium, quod tribus constat trochaicis quadratis. Sed princeps eos inter ἀκέφαλος fortasse fuit. Nam valde eò inclino, ut credam principiale verbum *Alter*, non à poëta esse, sed à Tullio; qui eo signârit, sequentia ab alio dici, quàm quæ præmiserat. Non audiendus verò Paullus Manutius, qui ait, sentētiam postulare versu extremo, *timido sanguine.* Quod ea planè respuit. Quippe sic abundabit versu superiori provocabulum *Quæ*: quod invito metro tolli non potest. Præterea *sanguen* disertim quoque habes lib. v. de Fin. & ita adducunt Nonius, ac Priscianus in VI.

*

Homo qui erranti comiter monstrat viam] Ianus Guilielmius malebat, *Domo qui erranti.* Commodè quidem: sed nihil video, quod cogat recedere ab omnibus libb. Proximo etiam versu traiectis vocibus legas in aliis:

Quasi lumen de suo lumine accendat facit.

In *suo* est συνεκφώνησις. Vti & versu tertio in *luceat.* Quod est in plerisque libb. Vbi alij *lucet*: quod Langius probat.

*

Nulla sancta societas, nec fides regni est.] Senarius sit:
Nulla est societas sancta regni, nec fides.

*

Quem metuunt oderunt, quem quiſque odit, periſſe expetit.] Rectè alij *periiſſe*, metro ita exigente, quod trochaicũ eſt.

*

O fides alma, apta pennis, & iuſiurandum Iovis.] Monet H. Stephanus, in aliis eſſe *alta pennis*: in aliis item, *à qua pendet iuſiurandum Iovis.* Quod Hieronymus Columna imprimis ſequitur. Puto nihil mutandum. Nam *apta pennis* eſt pennata, ut, *cœlum ſtellis fulgentibus aptum*, hoc eſt ſtellatum, ſive ſtelligerum.

*

Pag. 33. *Refugiat timido ſanguen, atque exalbeſcat metu.*] Apud Ciceronem, uti ſuprà vidimus, eſt, *Non refugiat.* Vt trochaicus ſit. Sed particula ἀρνητικὴ abeſt apud Priſcianum, etiam in antiquâ Venetâ, & Mſo noſtro. Pro *timido* apud Iunianum Maium eſt *tumido*: multóque ineptius in Putſchianâ *timidos* legitur.

*

Non habeo denique nauci &c.] Vide, quæ ſuprà notata nobis ad Ennii Telamonem. Illud nunc ſolum addo, eorum nobis probari ſententiam, qui poſt verſum ſextum interſerunt fragmentum proximum: nempe ut hoc pacto legatur:

Aut inertes, aut inſani, aut quibus egeſtas imperat,
Qui ſui quæſtus cauſſâ fictas ſuſcitant ſententias.

*

- Imprimitque genæ genam] Genæ hic ſunt palpebræ: ut Iſidorus monet, qui hæc de dormiente ait dici. Ac è Feſto cognoſcimus, ſimiliter alibi Ennium dixiſſe:

Pandite ſulti' genas, & corde relinquite ſomnum.

*

Cui, quod in me eſt, exſecrabor hoc quod lucet, quicquid eſt]

Ita

Ita corrigit Henricus Stephanus. Sed placet emendatio Iani Guilielmij legentis:

Qui, quod in me est, exsecrabor hoc, quò lucet, quicquid est.

Extat verò lib. II. de Nat. Deor.

*

– Eo ego ingenio
Natu' sum amicitiam atque inimicitiam in frontem promtam gero.] *Ingenio* fit trisyllabon. Si *natus* scribas, erit jambicus octonarius. Sed puto *natu'* scripsisse, ut sit trochaicus quadratus.

*

Tibi vita, seu mors, in mundo est.] Est apud Carisium lib. II. ubi in editione Putschianâ legitur, *Seu ibi vita, seu mors i, m. e.* Quo ex Ennii libro petatur, non addit Sosipater: sed Nobilissimus Columna, (sanè levi nimis, uti censeo, coniecturâ ductus) ad Alcestidem tragœdiam refert. Nam Planciades quidem nominat Ennij *Alcestidem* (pro quo in aliis libris est *Telestidem*) sed Grammaticus iste sæpe eos laudat scriptores, qui neque sunt, neque fuere unquam. Quod jamdudum doctissimo Mercero observatum. Sed si stare visum Grammatico tam sublestæ fidei; sanè fuerit ex Alcestide, non tragœdiâ, sed (quod planè insubidum) comœdiâ. Sic enim disertim vocat in *Frigutit.*

*

Decem coclites, quos montibus summis ripis sedere.] Certissima est lectio Turnebi, pro *ripeis*, hoc est *ripis*, scribentis *Ripæis*. Sermo enim est de Arimaspis, quos coclites, hoc est unoculos esse, etiam Mela tradit lib. IV. cap. XII. *Vltimi à tergo eorum Arimaspi, mox Riphæi montes.* Nec displicet, quod idem pro *sedere* legit *fodere*: ad quod proximè accedit vetus editio Mediolanensis, in qua *fœdere* scriptum est. Eò autem respexerit Ennius, quòd Arimaspi aurum fodiant ex montibus Ripæis, quos pici, sive gryphes custodiunt, auri, ut Mela ait, custodes tenacissimi: unde Plautus Aulul.

Pici divitiis, qui aureos montes colunt.

*

Subulo finitimas propter astabat aquas.] Qui lectionem hanc probant, aiunt esse pentametrum, in quo, *astabat*, sit amphibrachys, s eliso ἀρχαικῶς. Sed nihil eò recurrere opus, quando est jambicus senarius. Olim enim in *T.* communia erant: ut ostendimus in libb. de L. L. Interea verisimile magis est, scripsisse Ennium, uti apud Festum legitur:

Subulo quondam marinas propter adstabat plagas.

Vt sit trochaicus quadratus. Ingeniosè vero Scaliger pro *adstabat* legendum coniiciebat *assabat*, hoc est solâ tibiâ canebat. Hoc enim fuerit *assare*, ab assa tibia. Festus: *Assa dicebatur cantus tibiarum.* Servius in 11 G. *Assæ tibiæ dicuntur, quibus canitur sine chori voce.* Quod optimè convenit subuloni. Nam *subulo* αὐλητὴς, sive tibicen, ut Festus, & vett. glossæ exponunt. Eius originem, non in Latio, sed in Hetruria quæri debere, scribit Varro. Quid si dicamus ita dici quasi *surbulo*, extritâ, ut sæpe fit, caninâ literâ? Nam σύρβη est αὐλοθήκη, Hesychio teste, unde συρβηνεὺς, ὁ αὐλητής. Sed de hoc plura in Originum libb.

*

Aliud emporium in campo hostium pro mœne] Pro *emporium* fortè *tentorium* legi debet: quando de hostili campo sermo est. *Pro mœne* in quibusdam libb. inveniri, etiam Columna monet. At *per mœne*, non tantùm est in editt. nuperîs; sed etiam veteri Med. & Ald. Quod si alterutra lectio sana est, videntur veteres, ut *ile*, *castrum*, aliaque; ita & *mœne* dixisse numero singulo. Sententia verò potius flagitat *pro mœne*: quod est *ante mœnia*. *Mœne* ἀρχαικῶς pro *mœni*: quomodo & *mare* pro *mari* dixit Varro Atacinus:

Cingitur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

Similiterque usi Plautus, Terentius Varro, ac Ovidius non semel.

*

Et quis illæc est, quæ lugubri succincta est stolâ?] Metrum postulat, *Et quis illa' st.* *Quis* pro *quæ*, uti Plautus Sticho:

Quis

Quis hæc est, quæ adversum it mihi?
Item in Aulularia, & alibi.

*

Eos deduci, quàm relinqui; evehi, quàm deseri malo.] Vt sit trochaicus quadratus, scribe insertâ copulâ:

Eos deduci, quàm relinqui; & evehi, quàm deseri,
Malo: sive, ut in aliis libris, est *Malui. Eos* κατὰ συνεκφώνησιν esse.

*

- Vt vos vestri liberi
Defendant, pro vestra vita morti occumbant.] Deest in fine *fortiter*: ut sit integer quadratus.

*

- Parentem, & patriam Dij
Servate sospitem] Senarius sit:
Parentem, & patriam Di servate sospitem.

*

Pag. 36. *Genibus pinsibant humum*] Apud Varronem in cunctis editt. est, *Cubitis pinsibant humum.* Quo de diximus secundo loco, cum de incertæ tragœdiæ Fragmentis ageremus. Error obortus ex isto Ennij, *Pinsebant terram genibus*: quod ex decimo Annalium citat Diomedes.

*

In lustris sublime iter &c. Et
In lustris nos quiescere æquum &c.] Vtrumque hoc fragmentum ut legi debeat, diximus ad Hectoris Lustra.

*

Philosophandum est paucis: nam omnino haut placet.] Turnebus, ut senarius sit, legit:

Philosophandum est mi paucis: nam omnino haut placet.

Sed puto fuisse trochaicum quadratum istiusmodi:

Philosophari est mihi necesse: at paucis: nã omnino haut placet.

Saltem propiùs ita acceditur ad verba hæc Ciceronis, quæ sunt lib. II Tusc. Qu. *Neoptolemus quidem apud Ennium, philosophari sibi ait necesse esse; sed paucis: nam omnino haut quidem placere.*

*

Atque genua comprimit arta gena.] Ita apud Isidorum etiam in Mssis nostris invenimus. Achilles Statius Lusitanus corrigit:

- Æquè genua comprimunt artè genas.

Malim ego, & propiùs ad veterem scripturam:

- Atque genua artè comprimit gena.

Adducit verò hunc locum Isidorus, ut probet dicta genua, *eò quòd in utero sint genis opposita.* Vti contrà docet Soranus Isagoges suæ cap. XVII, genas dici, quia in utero genibus opponãtur. Atq; ex hoc inter alia cognoscimus, librum istum (quo sanè exiguâ jacturâ careremus) non esse nobilis illius medici, Sorani Ephesij, ac ne Græci quidem scriptoris, quando *gena* Græcè est βλέφαρον, *genu* γόνυ. Nec verius Isidorus, quando *genu* est, non à *gena*, sed a γόνυ. Interim ex isto Isidori loco cognoscimus, Ennium eo versu indicasse situm fœtus in utero. Ac propterea assentio doctissimo Scriverio, qui acutè vidit, esse hoc fragmentum, non ex tragœdiâ aliquâ, sed ex Epicharmo. Nam eo in poemate inter alia de humani corporis constitutione ac fœtu disseruit Ennius: quod ex reliquiïs cognoscimus. Eo igitur refer. De operis titulo vide egregiè disserentem Hieronymum Columnam.

*

Tum tu isti crede, atque exerce linguam, ut argutarier Possis] In Med. Ald. aliisque vulgatis, legi solet: *Ennius: Quem incertum tu isti credere atque exercere, ut linguam* &c. Sed in Mssis est: *Ennius, Quo enim cœtum tu isti* &c. Vnde Turnebus fecit: *Ennius Chœnice: Tum tu isti* &c. Sed verisimilius Columna: *Ennius Phœnice.* Quod & Mercerus probat. Ex ea verò fabulæ inscriptione discimus, esse verba Pelei ad Achillem, cum eum institutioni Phœnicis committeret.

*

Ennianis hisce ex tragœdia incerta adde illud, *O pietas animi!* quod ex Ennio adducit Cicero in Lucullo. Ac ut ex Iliona cum Nobilissimo Columna esse credam, faciunt, quæ proximè subdit Tullius.

Ex

*

Ex eiuſdem III Tuſcul. tanquam Ennij citatur, *Animuſque æger ſemper errat, neque pati, neque perpeti poteſt: cupere nunquam deſinit.* Quæ vel trochaici fuere:

Animuſque æger ſemper errat, neque pati, neque perpeti
Quit: nec unquam cupere deſinit. -

Vel potius jambici tales:

Semper animus æger errat, neque pati poteſt,
Neque perpeti; nec unquam cupere deſinit.

Sed etſi hæc ex tragœdia eſſe vir doctus putarit; tamen comœdiam potiùs ſapiunt.

*

Nec auſim pro tragico certò venditare hoc Ennij apud Feſtum in *Tam*:

- *Ille meæ*
Tam potes pacis potiri -

Sive, ut ex jambico ſit:

- *Ille tam meæ potis*
Pacis potiri.

*

E Comœdia verò planè eſt iſtud apud Varronem in VI de L. L. *Frende, fritinni ſuaviter.* Ita enim legendum, ubi vulgo, *frunde frutinni ſuaviter.* Vel ſyllaba tota extrita eſt, ut Scaliger cenſet, qui legit; *Ne frende, fritinni ſuaviter.*

*

Alia etiam hùc retulerunt, quæ ex Annalibus eſſe videntur. Vti illud:

Tanto ſublatæ ſunt agmine
Tunc lapides -

Nam cauſſa non eſt, cur ex anapæſto potiùs, quàm hexametro eſſe credamus.

*

Item hoc apud Varronem in V. de L. L. *Vos epulo poſtquam ſpexit.* Quod idem eſt iſti apud Feſtum:

Quod ubi rex . . . dulo ſpexit de contibus celſis.

Vbi Pomponius Lætus legit:

Quos ubi rex ultro ſpexit de montibus celſis.

Scaliger autem:

Quos ubi rex pullos ſpexit de cortibus celſis.

Nempe ut ex *Vos epulo* fiat *Quos pullos.*

*

Illud magis dubium, quod apud Hirtium eſt:

Pes pede premitur, armis teruntur arma.

Nam ſi jambi fuere, ita digeri convenit:

- Pes pede, premitur,

Armis teruntur arma -

Sed ex annalibus ſi eſt, ſcripſerit Ennius:

- Pes premitur pede, & armis arma teruntur.

*

Illud verò ex Donato, *Minimè nomine fieri pravum*, corruptum eſt ex iſto: *Commemini* (vel *Tum memini*) *fieri me pavom.* Vti rectè Paullo Merulæ obſervatum. Atque ex iſtis de aliis quoque judicium ferri poteſt, quæ Columna, atque alij, temere ad incertæ tragœdiæ fragmenta retulerunt.

Illud extremo loco addere viſum, inter tragœdias Ennij etiam *Antiopam* fuiſſe. Sed nihil ex ea à veteribus, addito fabulæ nomine, citatur. Solùm Ennianæ Antiopes argumentum ponit Higynus fab. VIII. quem vide.

IN CN. NÆVII Fragmenta.

ÆGISTHO.

*

Ægisthum à Nævio scriptam esse, non arbitror. Nam, uti superiùs ostensum, Livij, non Nævij sunt verba ista:

- Tum autem lascivum Nerei simum pecus
Ludens ad cantum classûm lustratur -

Quare nec verisimilis est coniectura Scaligeri, qui cum istis connectebat:

- Sirenes citis
Delphino iunctis vehiculis, hippocampisque asperis.

Nam ista sunt Nævij, cui tribuunt Mssi. ubi legitur, *Nævius Sereno Circes*: vel, *Nævius Sireno cicer*: vel, *Nævius sirenocitur.* Et exstant quoque Næviani nominis vestigia in editt. antiquis, quæ habent, *æterna usus scire nocitur.* Nam duæ principes syllabæ factæ ex αἰθέρι, quod ad præcedentem Menandri locum pertinet. Vltima verò syllaba *na*, & sequens vox *usus* corrupta sunt ex *Nævius.* Quod ad proxima, Scaliger ex *Sirenocitur* fecit, *Sirenes citis.* Sed quomodo hæc cum sequentibus cohærent? Nam quid Sirenibus cum Neptuni & Nereidum vehiculis, quæ delphino ac hippocampæ iuncta esse dicuntur? Præterea non temere Nonius omittere solet nomen fabulæ: quod iccirco in monstrosâ illa lectione latere arbitror. Et putavit idem Hadrianus Iunius, qui legit: *Nævius Sirene, Itur delphino cinctis* &c. Sed metrum requirit, ut ante *Delphino* sit jambicus. Nam sequitur trochaicus quadratus catalecticus. Quare ex *Si renocitur* (pro quo in Mediolanensi editione est *Scire noscitur*) lubens eliciam, *Sirene, Citis*: vel *Sirene, Ocius.* Imò quid si scribamus *Sirene, Ociter.*

Solùm

Solùm obstat, quod Festus negat, *ociter* esse in usu, sed *ocius* & *ocissimé*. Verùm veteres fortasse, uti Nævius, καὶ οἱ ὁμήλικες, ita transtulere Græcum ὠκέως. Sanè nihil adferri posse arbitror, quod propiùs absit à veteri scripturâ, quàm *Sirene, ociter*, ab illis, *Si renocitur*, vel *Sireno cicer*. Vt fortasse scripserit Nævius:

- Ociter

Delphino iunctis vehiculis, hippocampisque asperis.

Quamquam nec illud *iunctis* controversiâ vacet. In Mediolan. est *cunctis:* à quo nihilo magis abit *cinctis*, ut est in editionibus aliis. Neque damno. Nam fortasse sermo fuit de delphinis classem Achivam deducẽtibus Troiam, vel inde reducentibus; uti fit in verbis Andronici, quæ tanquam Nævii hîc adferuntur. Hæc sententia si placet, *vehiculum* pro navi ponetur, more Græcorum, qui ὄχος, & ὄχημα similiter usurpant: uti ex Æschylo ac Euripide probat Muretus lib. I. Var. cap. XI. Qua de re etiam Vir Nob. Franciscus Nansius, præceptor meus, notis in Nonnum.

ALCESTIDE.

*

Corpore pectoréque undique obeso,
Ac mente exsensa, tardigemulo
Senio oppressum. -] Nævio quidem tribuitur in Nonii codd. vulgatis: sed Lævii esse, dubitare non sinunt meliores Agellij codices, quos Tornesiana ac Stephanica editio expressit. Vide eum lib. undevigesimo cap. VII. Versum secundum ita emendo, ut anapæsticus sit:

Mente exsensa, tardique genulo.

Tardique genulo pro *tardigenuloque*: quomodo Lucilius *deque petigo* dixit, pro *depetigoque*. Nam *petigo* Latinum non est, etsi id Nonius putarit, Luciliano hoc deceptus. Similia quoque apud Lucretium, *perque plicatis*, & *seque gregari*; item apud Ausonium, *Matrique cida Nero*. In libris nonnullis legas *tardigemulo*. Sed malo *tardigenulo*. Nam est hic descri-

descriptio senectutis, cui tardus est genuum ac pedum motus, contrà quàm juventuti. Vnde Maro in quincto:

Ille pedum melior motu, fretusque iuventâ:
Hic membris & mole valens, sed TARDA *trementi*
GENVA *labant.*

Et Homerus Il. Δ.

Ὦ γέρον, εἴθ', ὡς θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν,
Ὥς τοι γούναθ' ἕποιτο, βίη δέ τοι ἔμπεδος εἴη.

*

Oblitera gens] Et hoc, & quæ porrò ex Agellio adferuntur, ea Lævii esse, indidem cognoscimus.

*

Fortè, dubitanter] Nec Cicero reformidat, *Siquis fortè miratur*. Similiterque usurpat præcedente *ne*, *si*, vel *nisi*. Sed non ἁπλῶς dixisset, *forte redibit*, pro *fortasse*. Quomodo Lævium locutum arbitror. Atque hoc fuerit, quod in eo, tanquam insolens, observat Noctium Atticarum scriptor.

DANAE.

*

Pag. 40. *Eam nunc esse inventam opprobriis compotem scis.*] Ita Aldina. Scribe:

Eam nunc esse inventam opprobrij compotem
Scis - Vel cum Mercero. *probri compotem.* Nam in nonnullis *propriis* legitur.

*

Excidit orationis omnis confidentia.] Post *Excidit* dispesce.

*

Animi iubeo fonte lavere nemini manum.] In Aldina, & aliis, est *memini*, quod rectum. At pro *animi iubeo fonte* legebat Grotius, *Auri fulvo fonte:* quod probo. Nam favet emendationi fabulæ argumentum, cùm ex Danaë sit: nec ea versui repugnat, qui senarius est.

*

Etiam minitas? mitte ea, quæ tua sunt magis, quàm mea.] Ita constanter vett. libb. etsi Delrio τὸ *ea* omittat: quod corruptum videtur ex *eia*. Nam trochaicus quadratus erit:

Etiam minitas? eia mitte, quæ tua sunt mage, quàm mea.

*

Quia ut quisque est meritus, præsens pretium pro factis ferat.] Ita est in Ald. & aliis. Sed metrum exigit,

Quin ut quisque e. m. &c.

Vel traiectis vocibus scribe:

Quia quisque, est ut meritus, p. p. p. f. f.

*

Contemplo placidè formam & faciem virginis] Verba sunt Iovis Danaen spectantis. Scripsit vero Nævius: - *& faciem virginis Duellæ*, id est bellæ. Paret id ex glossis Fornerianis. Sed illud *Duellæ* omissum fuit, sive à librario ob imperitiam; sive ab Nonio ipso, quia nihil faceret ad præsens institutum.

*

Pag. 42. *Omnes formidant homines eius valentiam.*] De Iove dictum pnto. Scribe autem - *eiu' valentiam.*

DVLORESTE.

*

Caperata fronte. Non est Nævii, sed Paccuvii, cuius est iste versus in Duloreste:

Voce suppressâ, caperatâ fronte, vultu turbido.

Qui Nævii esse putarunt, eò decepti sunt, quòd Varro, cùm Nævium antea laudâsset, hæc postea ex Duloreste adducat. Inde enim hæc etiam Nævii esse crediderunt. Atqui fabulam nominare Varro contentus fuit: quia, præter Paccuvium, Duloresten nemo scripsisset. Sanè quanto hoc verisimilius, quàm, Varronem memoriæ errore

errore pro Paccuvio Nævium dixisse; aut ab utroque scriptam Dulorestem, ab utroque item hæc verba ibi dicta esse.

HECTORE.

*

- Lætus sum
Laudari me abs te pater laudato viro.] Verba sunt Hectoris ad Priamum. Scribe verò, ut trochaicus sit,
Letu' sum, laudari me, pater, abs te laudato viro. Vel,
Abs te laudato, pater, viro.

*

Proficiscente tunc ipsos adoriant, &c.] De hoc dicemus in incertæ tragœdiæ apud Nævium fragmentis.

IPHIGENIA.

*

Passo vel hoc vicinum aquilone hortum fer foras.] Ita est in Mssis, etiam edit. Aldinâ, Mercerianâ, alijs. Hadrianus Iunius legit, *Passo velo vicinam aquilone horiam fer foras.* Lipsius autem, *aquilone orto.* Delrio nondum liquebat. Mihi planè videtur pro *vel hoc*, legendum *velo ob*, proq; *hortum*, *portum*. Nempe hoc pacto: *Passo velo ob vicinũ aquilone portũ fer foras.* Qui est iambicus octonarius brachycatalectus. At trochaicus fiet, si *Et*, vel *Te* præmiseris. *Ob vicinum portum*, dixit pro *ad portum*; uti Ennius.
Ob Romam noctu legiones ducere cœpit.
Vide Festum in *Ob. Aquilone* valet *flante Aquilone.* Sic Seneca Hercule Oeteo:
Qua templa tollens ara Cenæi Iovis
Austro timendum spectat Euboicum mare.
Hoc est Austro flante. Item Thyeste:
Ac mare intortum timuere nautæ,
Quod rapax Austro revomit Charybdis.

Ita eum locum emendo, ubi vulgò *rapax auſter*. Etiam pro *intortum* repoſuêre *in portu*. Nam, inquiunt, nihil illud eſt novi, ſi intortas Charybdis undas timeant nautæ: ſed demum, ſi in ipſo portu Charybdin extimeſcant. His non meliùs reſpondere poſſumus, quàm verbis Senecæ, qui auctor eſt, non ſemper timeri Charybdin; verùm ſi Auſter civerit tempeſtatem. Verba eius ſunt conſolatione ad Marciam: *Charybdin dico, quamdiu ab auſtro vacat, quietam: at ſiquis inde ventus ſpiravit, hiatu magno profundoque navigia ſorbentem.* Nec aliâ luce ad locum tragici illius opus.

LYCVRGO.

*

Vos qui regalis corporis cuſtodias
Agitis, ite actutum in frundiferos lucos, ubi
Ingenio arbuſta nata ſunt, non obſita.
Ducite eò cum argutis linguis mutas quadrupedes] Verſu ſecundo ſcribe *agiti'*. Pro *frondiferos* in Med. & apud Maium eſt *frondifluos*. Illud *ubi* ab Mſsis & vett. editt. abeſt. Pro *nata* in vett. editt. ferè eſt *vineta*, niſi quod in Med. *vinata*, quod, unâ extritâ literâ, ex *ubi nata* corruptum mihi videtur. Sed *ubi*, quod in alienum commigravit locum, poſt *lucos* reduci debet. Verſus extimus ex alio Nonii loco eſt; nec videtur cum ſuperioribus cohæſiſſe ἀμέσως: ſed potius τὸ *ducite* clauſerit jambicum, hoc pacto:

- Ducite
Eò cum argutis l. m. q.

*

Alij ſublime alios ſaltus illicite, ubi
Bipedes volucres lino linquant lumina.] Novio tribuit Ald. Sed Med. Nævio, & ſimiliter Ms. Rectè. Nævius enim eſt, qui Lycurgum ſcripſerit; ut ex tot aliis fragmentis videmus. Pro *Alij* in vett. libb. eſt *Alis*: quod non debuit mutari. Nam *alas* vocat alatores; uti in venatione Maro IV Æn.

Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt.

Vbi sic Servius P. Danielis(nam in Fabriciano hæc desiderantur) *Quidam cum vestigatoribus alatorum mentionem inductam accipiunt. Nam indaginem vestigatorem ipsum tradunt: aliàs* (scribe *alas*) *verò alatores, qui dextra & sinistra plagarum sublatâ voce prohibent feras exire.*

*

Vt in venatu vitulantes ex aviis

Locis nos mittant pennis decoratos feris.] Pro *ex aviis*, quomodo legit Scaliger, *ex suis* est in Mssis, & editt. antiqq. etiam apud Maium. Alterumque illud respuit metrum. Nam falluntur, qui putant, ut à μόχθος est μοχθίζειν, ita à *vitulo* esse *vitulari*: cùm sit à dea *Vitula*, eorum præside, qui amant vivere, hoc est lubentiis diffluere: unde & nomen. Est enim ὑποκοριστικὸν à *vita*. Iccirco in derivato eius primam produxit quoq; Ennius apud Festum:

Habet is coronam vitulans victoria.

Versu seq. pro *locis* cum Mercero malim *lucis*. Nam antecessit:

- ite actutum in frondiferos lucos -

Etiam *pennis* malo, quàm (uti est in vett. libb.) *pœnis*. Nam de avibus sermo est: ut illa ostendunt,

- ubi

Bipedes volucres lino linquant lumina.

Propterea non audiendus Delrio, qui agi putat de Pœnis feris, hoc est leonibus, tigribus, aliisque animalibus efferis, qualia tellus Africa magno numero producit. Et quàm parùm verisimile est, Thraciæ feras vocari Pœnas, quia Numidicis sint similes feritate, magnitudine, multitudine? quod apud eundem Delrium legas.

*

Longè latéque trans nostros fervere.] Ex inscriptione fabulæ verisimile fit, dici ista à Lycurgo, Thraciæ rege: ac propterea commodè emendabat H. Grotius: *Longè latèque Thraciâ nostros fervere. Thraciâ* pro dissyllabo censetur.

*

Pag. 43. *Ignot: iteris sumus. tute scis-*] Scribe, *Ignoti i. sumu'.* Nisi post *sumus* malis dispescere, ut finis ac principium sit trochaici.

*

Sed quasi amnis cis rap.t, sed tamen inflexa flectitur.] Ita est in Mssis, & edit. Ald. atque aliis. Sed quid est *inflexa flectitur?* Scribe cum Mercero *in fluxu.* Quia verò Nonius hinc probat, *amnis* in feminino inveniri; necesse est pro *rapit, rapida* scribamus. Sed neque sic satis sanus erit locus. Nam quid est, *cis rapida?* aut quid sibi vult illud *sed* iteratum? Suspicor illud *cis* corruptum esse ex *cum,* vel *si*: *sed* verò, sive (ut in vett. libb. scribi solet) *sit*, factum ex *'st.* Vt scripserit Nævius:

– *Sed quasi*
Amnis cùm rapida 'st, tamen in fluxu flectitur.

Vel *cis* ex posterioris syllabæ in *amnis* similitudine irrepserit: *sed* item ex geminatione principis vocis: ut sit trochaicus ἀκέφαλος:

– *Sed. quasi amnis rapida, tamen in fluxu flectitur.*

*

Pallis, patagiis, crocotis, malatiis, mortualibus-] In Venetâ Pincij est *malaciis mortalibus:.* Quasi signet Nævius, habitus molles, quibus malacissantur animi mortalium, siue qui malaciam suadent, ut loquitur Plautus Bacch. Act. 1. Sc. 1. *Quid est, quod metuis, ne tibi lectus malaciam apud me suadeat.* Aliqui pro *malaciis* legunt *manicis.* Sed non solent librarij in vulgariæ vocis locum substituere rarioré. Potius itaque, si *malacia* displicet, *malacis* legam, quomodo *pallium malacum,* ibidem dixit Comicus.

*

Quaque incedunt, omnis arvas obterunt.] In vett. libb. est, *Nevius Lycurgo lib. 11. Quoque incedunt.* Quare pro *lib. 11.* cum Mercero scribe *Liberi.* Præterea pro *quaque,* non *quaqua* cum Mercero, sed *quacunque* scribo. Vt sit trochaicus:

Liberi, quacunque incedunt, omnis arvas obterunt.

Ita

Ita enim locus ille distingui debet, quia *arvas* sive arva *Liberi* dixit pro vinetis, quomodo Sillius in septimo ait,

Vitiferis latè florebat Massicus arvis.

Hoc igitur vult Nævius, quaquà iter est, vineta omnia excisa fuisse ex mandato Lycurgi: quam rem sub fabulæ involucro narrat Homerus Iliad. Z. 130. Historiam ipsam adfert ibi Eustathius, uti & Plutarchus De audiendis poëtis.

*

Pergite thyrsigeræ Bacchæ modò
Bacchico cum schemate.] Nil opus dividere, cum sit trochaicus quadratus catalecticus.

*

Proin Dryante regem prognatum patre
Lycurgum cette.] Ita præclarè Hadrianus Iunius correxit, cum priùs legeretur pro *industria.* Homerus Iliad. Z.

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκόοργος.

*

Pag. 44. *Sine ferro pecua manibus ut ad mortem meant.*] In senario hocce, & Mssi, & edit. Med. Ald. aliæ, etiam Iun. Maius, habent *pecuda.* Neque, cur in *pecua* mutaret Mercerus, caussæ aliquid erat. Nam & *pecua*, & *pecuda*, dixisse antiquos, tum Nonius dicit, tum exemplis docet.

*

Altè iugatos angues in sese gerunt.] Rectè emendant *iubatos.* Quomodò & Plautus Amphit. Act. v. Sc. 1,

Devolant angues iubati deorsum in impluvium duo.

Valerius Flaccus in dracone, aurei velleris custode, easdē, nunc *iubas*, nunc *cristas* vocat. At falluntur, cùm corrigunt, *in sinu gerunt.* Nam fabulæ argumentum facit, ut credam, sermonem fuisse de deabus, quæ furorem conciliaverunt Lycurgo, post vites excisas. Illis autem, non tam in sinu, serpentes sunt, quam est

– tortâ caput angue revinctum:

ut loquitur Varro Atacinus. Potiùs igitur pro *in sese*, quod est in omnibus libris, cùm Scriverio scribe,

infestæ. De Lycurgi furore nota res cum è fabulis, tum illo Comici Captivis, ubi tres isti insaniâ nobiles conjunguntur, *Alcmæo, atque Orestes, & Lycurgus.*

*

- Cave, sis, tuam
Contendas iram contrà cum ira Liberi.] Verba ad Lycurgum fiunt; sed irrita : quo nomine & pœnas luit. Nam (ut Servij utar verbis) *dum, contemnens Liberum patrem, vites manu suâ semper abscinderet, immisso à Libero furore, ipse sibi crura succidit.*

*

Suave summum melos.] Ita Mssi, & editt. vett. Sed scribe *suavissimum* : vel potiùs *suavisonum.* Nam id tragicum magis. Nec in altero proclivis adeò error fuisset, cùm ferè immutent librarij, quæ minùs vulgata ; ut omnes sciunt.

*

Ne ille mei feri ingenij atque animi acrem acrimoniam.] Ita libb. vett. Quidam pro *feri*, malunt *fert*, ne verbum desideretur. Sed nihil opus eo mutato. Neque enim Nonius sententiam integrè adduxit. Apud Iunianum Maium pro *ille* est *illa.* Sed rectum est *ille.* Nam verba sunt Lycurgi respondentis ad ista verba :

- Cave, sis, tuam
Contendas iram contrà cum ira Liberi.

Ille igitur est *Liber.* Non vanè verò Lycurgus sibi tribuit acrem ingenii acrimoniam ; quando & similiter dixit Maro :

- Acri quondam regnata Lycurgo.

Quod Servius interpretatur *sævo & cruento.*

*

Iam ibi nos duplicat advenientis timos Vaposque] Ita est in Mss. & vett. editt. nisi quod in nonnullis pro *ibi* est *ubi*, & pro *vaposque* est *Panos*, quod quoque est apud Iunianum Maium. Ac placuit hoc Hadriano Iunio, ut

signetur

ſignetur timor Panicus. Sed impenſe placet emendatio Hugonis Grotij:

Iam vim in nos duplicat adveniens ignis vapos.

Hoc eſt fumus de facibus Eumenidum ingruens. Videntur enim eſſe verba Lycurgi, cùm à Furiis inceſſeretur.

*

Vt videam Vulcani operâ hæc flammis fieri flora.] Fortaſſe & iſta à Lycurgo dicuntur, cùm videret omnia Eumenidum tædis ſplendeſcere. Nam id valet *florum fieri flammis.* quomodo & Lucretius dixit in quarto:

Bina lucernarum florentia lumina flammis.

Nec ea eſt tralatio à plantis, uti Lambinus putabat; ſed imitatur Homerum, qui ſimiliter dixit ἄνθος πυρός. In Aldinâ pro *flammis* eſt *flaminis*: ſed corruptè. Quid ſi autem dicamus, illud *flammis* irrepſiſſe ex gloſſemate? Nam quid aliud eſt *Volcani operâ*, quàm *flammis*? Sed de hoc non magnoperè contendo. At *fimbriis*, quod pro *flammis* reponit Hadrianus Iunius, planè admitti non debet. Quippe, judicio noſtro, ut alibi ſæpe, ita hic quoque hiatus eſt in Nonio: qui cùm docuiſſet, quid *fimbriæ* forent, & veterum id comprobâſſet exemplis, ſubiecit poſtea, ut iidem *florum* dixerint pro *floridum*, quod Nævij teſtimonio oſtendit. Et puto idem probârat ex Accio, & Paccuvio, quorum uterque ſimiliter dixit *floros crines*; ut ex fragmentis hiſce diſcimus.

*

Dic quo pacto eum potiti, pugnâ, an dolis?] Metrum requirit,

Dic, quo pacto potiti eum? pugnâ, an dolis?

*

Nam ut ludere lætantes inter ſe vidimus
Propter amnem creterris ſumere aquam
Ex ponte.] Num trochaici fuere tales, vel ſimiles?
Namque ludere ut lætantes inter ſeſe vidimus
Propter amnem, crateris aquam de ponte ſumere.

An verò iambici potiùs?

-- Nam ut ludere
Lætantes, ſe inter, propter amnem vidimus,
Crateris ſumere aquam ex ponte.

Quòd malim, quia minus à libris abit. *Aqua* ſive *acua* triſyllabon eſt, uti apud Lucretium; cui & *relicuus* quatuor ſyllabarum eſt. Id qui non attenderunt, putarunt priorem in *aqua* à Lucretio produci. Et inventi ſunt, qui id ratione originis factum putarent, quia *aqua* dicatur, tamquam *à qua* ſint omnia; ut Thaleti viſum. Sed quis non potiùs credat, *aqua* factum eſſe ex ἀ χοά, quomodo *temetum* eſt ex τὸ μέθυ, & ex ὁ χλὼ factum *ocha* vel *aucha*, poſterioris ævi vox. Gloſſ. vett. χλὼ, *Auca, anſer*.

PROTESILAO.

Pag. 45. *Gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit.*] In Ald. ac aliis vulg. editt. & apud Maium eſt,

Ennius Proteſilao, demia gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit.

In Med. *denuo gracilens fit*. Lego: Ennius Proteſilaodamia: *Gracilentis colorem*. Idem: *Ex hoc gracilens fit*.

*

Eunt, irruunt, cachinnos, ioca dicta riſitantis.] Pro *eunt* Mercerus ex vett. libb. *ineunt* edidit. Vnde reſcribo, *in eum*. Etiam *riſitant*, ob ductuum ſimilitudinem, corruptum cenſeo ex *uſitant*, quod obſoletum pro *uſurpant*: ſed nihil uſurpatius eius verbali, quod eſt *uſitatum*. Sic igitur, & ſententiæ, & numeris, reddo,

In eum irruunt cachinnis: ioca, dicta, uſitant.

*

Complexa ſomno corpora operiuntur, ac ſuavi quie dicantur.] Diſpeſce poſt *quie*. Quid ſi autem pro *dicantur* ſcribamus *rigantur*? Nam *artus ſomno rigari*, paſſim dicunt poëtæ: vel ſcribe *Dantur*: quod Scriverio placet, & minùs abit è veteri ſcriptura.

TRAGOEDIIS INCERTIS.

*

Pag. 46. *Dictator ubi currum insidit, pervehitur usque ad oppidum.*] Fortasse pro *insidit* scripserat *insidet, insedit, insilit,* vel *insilijt.*

*

Eccum, venire video, ferme iniuria.] Etsi vox extrema videri possit suspecta (nam fortasse *interea*, vel *in curia*, vel simile quid, apud Nævium fuit) tamen non puto de hoc, vel aliis eius farinæ, laborandum, ubi etiam inscriptio, atque argumentum fabulæ, nescitur: quæ ad veram lectionem sæpe ducunt.

*

Neminem vidi, qui numerò sciret, quique scit id est opus.] Post *sciret* τὸ *qui*, quod in vett. etiam libb. legitur, furcillandum, scribendumque, & metro, & sententiâ jubente, *Quæ scire est opus*: vel, *quod scito est opus.* vel si quis illius *quæ*, ob librorum autoritatem, haberi rationem velit, scribat, *quæ quæsito opu' st.*

*

Simul alius aliunde rumitant inter se.] Lego -- *Simul alius aliud rumitant Inter se* - Sive, ut senarius sit,
Simul alius aliud inter sese rumitant.

*

Namque nullum peiùs macerat humanum,
Quamde mare sævum, vires cui sunt magnæ,
Topper confringent importunæ undæ.] Pro *confringent* in Ald. est *constringent*: sed alterum illud est in Mediol. & Farnesiano. Etiam *Quamde* disertim est in eodem Farnesiano. nec mutari debet. Festus: *Quamde pro quàm usos esse antiquos, cùm multi veteres testimonio sunt, tum Livius* (forte Ennius) *in primo,*
Iupiter! ut muro fretus mage, quamde manus vi:
Et in secundo,

Quamde tuas omnis legiones ac popularis:

Et Lucretius,

Clarus ob obscuram linguam magis inter inanes,
Quamde graves inter Graios, qui vera requirunt.

Ita Lucretii ille de Heraclito locus etiam in membranis nostris scribitur. Et similiter quibus Pontanus, ac Marullus, posteaque Victorius, usus fuit: ut alias aliorum mittam. Porrò in his, sive Nelei, seu Nævij, aut Livij versibus, nihil mutabat Scaliger, nisi quod pro *nullum* mallet *neilum*, hoc est nihilum. Ita *humanum* absolutè ponetur pro *hominibus*, ut *publicum* dicimus pro *republica*. Quod verò Saturnios esse versus Scaliger censet; id etsi fortasse verum est; tamen nec operosè trochaicos concinnes istiusmodi:

- Namque neilum humanum peius macerat
Quamde mare sævum: vires cui magnæ topper confragent
Importunæ unde -

Confragent pro *confringent*. Nam ut pro *pango*, *pago*, unde *pepigi*, & *pagina*; sic pro *frango* dixere *frago*, unde *fregi*, & *fragilis*. Fortasse etiam versu primo excidit *genus* ob similitudinem cum voce *peius*, ut legi debeat,

- Namque neilum peius genus humanum macerat,

Vel *humanum* corruptum est ex *hemonem*, quomodo Ennius *hominem* vocat. Vt senarij sint tales:

Namque nihil ullum peius hemonem macerat,
Quamde mare sævum: vires cui magnæ sient,
Topper confringent importunæ unde -

Sunt verò hæc expressa ex istis Homeri Οδ. Θ. 139.

Οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ κακώτερον ἄλλο θαλάσσης
Ἄνδρα τε συγχεῦαι, εἰ καὶ μάλα καρτερὸς εἴη.

Vnde ex veteri Odyssea esse, censet Scaliger. Ac putabat doctissimus & amicissimus Scriverius, eopse carminis genere expressum fuisse à Livio poeta, hoc pacto:

Nam neque ningulum peius macceraret hemonem,
Quamde mare sævum, vires cui sunt magnai,
Topper confringent importunai undai.

Ningulum pro *nullo* veteres usurpasse, Festus ex Marcio vate antiquissimo, sive Ennio probat. Vnde glossam pro antiquâ

antiquâ & germanâ lectione irrepsisse arbitratur. *Neque ningulum* igitur valet *res nulla*, more Græcorum, quibus negatio geminata vehementius negat. Posterior in *mare* porrecta est ob triemimerim: cuiusmodi non pauca occrunt. Vnum obstare huic eius coniecturæ videbatur, contumax inquam syllaba in *maceraret*. Nam meliores Grammatici parum morantur Priscianum sive Fannium, Peiegesios interpretem, longéque minùs Macrum, infimæ vetustatis poetastrum: Ovidij quoque, & Calphurnij versus, quibus princeps syllaba corripi putatur, corruptos esse ostendunt. Quare pro *maceraret* aliud substitui debebit: fortè *mactaret*, quomodo *mactare malo*, item *mactare infortunio* dixit Plautus.

*

Hectore proficiscente tunc ipsos adoriant, nequis hinc Spartam ferat nuncium.] Priscianus meus Msus disertim habet, *Nævius in Hectore proficiscente: Tum ipsos adoriant, nequis hinc Spartam referat nuncium.* Et ferè est, ut hanc germanam esse lectionem credam. Ita non *Hectora* solùm, sed etiam *Hectora proficiscentem* scripserit Nævius. Sed quis veterum hanc fabulam prætcrea laudavit? aut quem Græcorum ita inscripsisse videmus? Et in antiquâ Venetâ anni cIↄ cccc LXXVI legitur hoc pacto: *Nævius in Hectore: Proficiscente tum ipsos adoriant.* Vnde colligo, ita scripsisse Priscianum: *Nævius in Hectore: Proficiscentes tum ipsos adoriant.*

*

Atque priùs pariet locusta Lucam bovem.] Diximus de hoc inter ea, quæ ex incerta sunt Ennii tragœdia.

*

Porrò ex hisce, quæ hîc incertæ Nævij tragœdiæ tribuuntur, quædam nihil minùs, quàm tragœdiam, sapiunt: uti istud,

Liberâ linguâ loquemur ludis Liberalibus.

Item:

Risi egomet casabundum ire ebrium.

Et alia quædam. Sed non difficile fuerit eorum in locum substituere alia hîc intacta. Vti istud apud Festum in Stuprum:

- Seseque ij perire mavolunt
Ibidem, quàm redire cum stupro ad suos
Populares - Item:
Sin illos deserant fortissimos viros,
Magnum stuprum tum populo fieri pergitis.

Ita uterque locus legendus mihi videtur. In versu postremo, metro ita exigente, post *stuprum* revocavimus particulam *tum*, quæ ob similitudinem syllabæ præcedentis exciderat. Possis & scribere hoc pacto;

- Sin illos deseritis fortissimos viros,
Magnumque stuprum populo fieri pergitis.

Aliqua etiam alia legas in fragmentorum collectione, quam Stephanorum industriæ debemus. Sed maior illorum pars Bello Punico eius videtur tribuenda. At vix dubito, quin ex tragœdiâ aliquâ petitus sit senarius iste, quē invenio apud B. Hieronymū in epitaphio Nepotiani:

Pati necesse est multa mortalem mala.

Etiam video à Servio Petri Danielis in tertij Æn. vers. x. adduci illustrem locum de *uxoribus Æneæ & Anchisæ illum* (*Ilium* apud Servium cum Scriverio nostro lege) *relinquentibus*. Est verò iste: *Amborum uxores noctu Troia de exibant, capitibus opertis flentes ambæ, abeuntes lacrumis cum multis.* Quæ si è tragœdiâ aliquâ sunt, senarij fuisse videntur. Sic enim nullo negotio redigas:

Amborum uxores noctu exibant Troade,
Capitibus opertis, flentes ambæ, lacrumis
Cum multis abeuntes -

Sed quid prohibet, quo minus fuerint versus Saturnij? ut ita scripserit Nævius:

Ambòrum uxores noctu Troiad exibant,
Capitibus opertis, flentes ambæ, abeuntes
Lacrumis cum multis.

Troiad pro *Troia*, ob sequentem vocalem quo de more dicimus in commentariis de L. L. Sunt verò versus Saturnij, non politiores isti, qualis iste,

Dabunt malum Metelli Nævio poëtæ :

(Nam huiusmodi vix inveniri apud Nævium, scribit Atilius Fortunatianus) sed ex rudioribus, ubi, ut idem Fortunatianus ait, *non observatâ lege, nec uno genere custodito inter se versus, præterquam quod durissimos facerent, etiam alios breviores, alios longiores inserebant.* Nempe, ut elegantissimus Grammaticorum, Terentianus Maurus, ait,

Rudem sonum secuti,
Vt quæque res ferebat,
Sic disparis figuræ
Versus vagos locabant.

Quod eò monere visum, nequis credat, versus istos Nævij aliter esse tornandos, ut paribus fluant intervallis. Quod si isti versus Saturnii sunt, jam dubium non erit, quin & ista sint, non ex tragœdiâ, sed bello Punico, quod totum Saturnio carmine ab eo scriptum fuisse, testatur Pompeius in *Saturno*. Atque hacpropter in Collectione suâ tragicorum fragmentorum ea omisit Scriverius. Qui & illud acutè perspexit, cùm opus Nævii (quod ipse unico ac continenti volumine exposuerat) in septem libros fuerit divisum à C. Octavio Lampadione, referente Suetonio de illustribus Grammaticis : verba ista à Servio adducta videri è primo belli Punici. Atque hoc firmabat alio eiusdem poetæ loco, qui proximè ab isto abfuisse videtur, ac ab eodem interprete Virgiliano adducitur in 11 Æn. sub finem. *Nævius,* inquit, *Belli Punici primo de Anchisa & Ænea fugientibus hæc ait :*

Eorum sectam sequuntur multi mortales.

Et,

Multi alij è Troia strenui viri.

Et,

Vbi foras cum auro illinc exibant.

Hæc Servius, non ille vulgo laudatus, sed ex membranis Fuldensibus depromptus. Luculenta præterea testimonia in medium adducebat, quibus ista non magnis intervallis sibi invicem cohæsisse nòn vanè hariolabatur. De quibus ipse aliquando ad Næviana illa fragmenta Belli Punici.

Atque

Atque hæc quidem dicta ſunto de fragmentis Nævij: ex quibus tamen aliqua fortaſse fuerint Q. Novij, Atellanarum ſcriptoris: quod ſuis etiam in Marcellum Caſtigationibus jam olim obſervavit Michael Bentinus. Nempe tres iſti poëtæ, Lævius, Nævius, Novius, paſſim à librariis confunduntur: ut, ubi operis nomen omittitur, quid cuiuſque ſit, diſtinguere ſit perdifficile.

CASTIGATIONES ET NOTÆ IN M. PACVVII Fragmenta.

ANCHISE.

*

Pag. 49. *In promontorium, cuius linguam in altum proiicit.*] Apud Agellium est *id promontorium.* Fortasse *Ide* scribendum. Pro *linguam* vett. editt. habent *lingua*, ut rectum videatur *ligna.*

ANTIOPA.

*

Frendere noctes, misera quas perpessa sum.] Ita Ald. Sed *miseras* est in Med. & apud Iun. Maium.

*

Fruges frendo solas, ac sic probo re.] Non dubito, quin veram lectionem invenerim. Nam *ac sic* (unde quidam *sicco* eliciunt) traiectione literarum ex *saxi* corruptum est. At *probo re*, sive, ut in Aldina est, *præbore* (pro quo alij *probo ore*, alij *probosè*) unius literæ appositione factum est ex *robore.* Malim & *solus*, quàm *solas.* Sic igitur scribe:

- *Fruges frendo solus saxi robore.*

Mirè emendationẽ hanc firmat Lucretij illud in primo:

- *Fruges quoque sæpe minutas*
Robore cum saxi franguntur -

Et hoc Accii Troadibus: *Saxo fruges frendas.* Mira verò Nonii oscitantia est, qui hæc adfert ut doceat *frendere* esse *cum gemitu, vel iracundia, miserum aut minax sonare.* Nã quid apertius, quàm *frendere* in hisce exemplis pro *frangere* accipi?

cipi? Nisi fortè Nonij verba quædam interciderunt, quibus hæc à priori notione separavit. Quod Nonij caussa credere malo. Etsi vix excusationem mereatur, quem toties inscitiæ inscitissimæ peragere reum possint etiam mediocriter docti.

*

Sed cum animum attendo ad quærendum quid siet,] Vt senarius sit, scribe, *Quid id siet.*

*

Flammeo vapore torrens terræ fœtum exusserit.] Est trochaicus quadratus: ut non videam, cur Delrio, cum metri dispendio, trajicere malit, hoc pacto:

Torrens vapore flameo
Terræ fœtum exusserit.

Saltem *terrai* scripsisset, & versus constitisset. *Flameum vaporem* dixit, uti Nævius Lycurgo,

Iam vim in nos duplicat adueniens ignis vapos.

Ita enim ibi legi debere, diximus.

ARMORVM IVDICIO.

*

Pag. 50. *Qui sese adfines esse ad caussandum volunt,*
De virtute iis ego cernundi do potestatem omnibus.] Non jambici sunt, ut putarunt; verum trochaïci quadrati: sed prior est ἀκέφαλος.

*

Pro imperio agendum est, quis vetat, quisve attollat?] Fortè *attolat* scribendum, ut senarius sit. Nam veteres *tolo* dixere priori correptâ, unde præteritum *tetuli* & *tuli*, ac derivatum *tolero*. *Tulo* sive *tolo* agnoscit etiam Macrobius de differentiis & societate Gr. L. Q. L. ubi & adducit illud ex Accij Andromeda:

Nisi quod tua facultas nobis tulat operam.

Sed ne sic quidem commodam satis sententiam elicias. Vide igitur, an non cum Grotio scribere oporteat:

Pro imperio agendum est; nequis attollat, veta:

Vel, quod non minus placet, *- nequis attollat, veto.*

Vt verba sint Menelai ad Teucrum, cùm is fratris sui Aiacis corpus vellet sepelire. Sophocles Aiace Flagellifero:

ΜΕ. Οὗτος, σὲ φωνῶ τόνδε τὸν νεκρὸν χεροῖν
Μὴ συγκομίζειν, ἀλλ' ἐᾶν ὅπως ἔχει.
ΤΕΥ. Τίνος χάριν τοσόνδ' ἀνήλωσας λόγον;
ΜΕ. Δοκοῦντ' ἐμοί, δοκοῦντα δ' ὃς κρατεῖ στρατοῦ.

*

Dic, quid faciam, quod me moneris, effectum da.] Rectè emendant, *dabo.* Mirum verò, errorem hunc omnes, & Mssos, & editos, obsidere.

*

An quis est, qui te esse dignum, quicum certetur putet?] Verba Aiacis ad Vlyssem.

*

Pag. 51. *- Prologo*

Nunc pœnitebunt, libant liberi grato ex loco.] *Prologo* aliqui ex *pro logo*, vel *pro ioco*; alij, ut Delrio, ex *proilio* seu *prœlio* factum putant. Sed quid si dicamus, hunc locum citari ex prologo tragœdiæ? Vel hoc verum est: vel scripserat Pacuvius *pro*, aut *pol*, cui occasione sequentium verborum *grato ex loco*, illud *loco* ex conturbatione scripturæ adhæsit. Idem Grotio visum esse video: qui locum integrum præclarè corrigebat:

Pol nunc pœnitebunt, si ivit liber ignaro loco.

Sermo est de Aiace, qui cùm manus sibi adferre statuisset, locum solitarium huic rei quæsivit: unde ipse apud Sophoclem ait:

Μολὼν δὲ χῶρον ἔνθ' ἂν ἀστιβῆ κίχω.

Ignaro autem *loco* dixit Pacuvius pro *ignoto*, quomodo & Tacitus loquitur, ac Servius similiter interpretatur illud in decimo:

- Ignarum Laurens habet ora Mimanta.

*

Nam canis quando est percussa lapide, non tam illum appetit,
Qui se icit, quàm illum eum ipsum lapidem, quo ipsa icta est,
petit] Metrum requirit, ut scribas, *Qui sese icit*. Malim & *eumpse*, quàm *eum ipsum*.

*

Tu te desidere mavis residem, nos hic esse in labore.] In Farnesiano cod. est,

Tu te desidere mavis residem, at contrà nos hic esse in labore.

Sic verò legendum puto,

Tu te residere mavis desidem,
At contrà nos hic esse in labore –

*

Nihilne ad te de iudicio armorum accidit?] Volebat Editor *armûm* cum Cicerone. Nam *Armorum* quidem si legas, senarius erit: sed Tullius disertim ait, hîc *armûm* pro *armorum* scriptum fuisse. Erit igitur jambicus ἀκέφαλος.

ATALANTA.

*

Regi ut memorabis, nunc regnũ potitur transmissu patris.] Ita est in omnibus libris. Sed sententia jubet, ut *id* pro *ut* scribamus. Videtur etiam *qui* excidisse. Fortè igitur legendum,

Regi id memora, qui nunc regnum potitur transmissu patris.

*

Dubito quam insistam viam, aut quod primordium
Capissam ad stirpem exquirendum.] Scribere metrum jubet, *Dubito viam quam insistam.* Et lectionis eius vestigium habemus in Mssis, & vett. editt. ubi est, *dubito ad quam:* vel *dubitam quam*, quod & Merceriana retinet. Etiam in Mssis legas, *exquirentem*, vel *exquirente.* Vt suspicer scripsisse Paccuvium,

– Aut

- Aut quod primordium
Capiſſam ſtirpi exquirende.

Nempe alterum illud ex gloſſemate irrepſit.

*

Grandem atque atrocem coerce confidentiam.] Ita eſt in vett. editt. Sed in Mssis pro *grandem* eſt *gradere*: quod probo. *Coërce* diſſyllabon fit. *Coercere* (quod eſt in Mssis) reſpuit verſus: ac ne ſententia quidem admittit, ſi *gradere* legas, uti in iiſdem ſcribi diximus.

*

Mortem oſtentant, regno expellunt, conſanguineam
Eſſe abdicant.] Coniunge. Eſt enim trochaicus quadratus catalecticus. Etiam *oſtentant* ſuſpectum eſt. Pro quo rectius alij, *intentant*.

*

Omnes qui tanquam nos ſub regno ſerviunt,
Callent domi cum imperio metuere.] Scribe cum Mercero, *Callent dominûm imperia metuere.* Vel, ut ſententia ſit imperfecta, cum Scriverio lege,

Imperia callent donicum metuere -

Donicum pro *donec*, ἀρχαικῶς, uti & pueris notum.

*

Nil ſollicita ſtudio, obſtupida ſuſpenſo animo civitas] Malim,
Nil ſollicita, ſtudio obſtupida, ſuſpenſa animo civitas. Princeps vox abeſt ab edit. Med. Ald. & Iun. Maio. Sed eſt in Mssis, niſi quod in aliquibus *hil* pro *nil* legas.

*

Dolet pigétque magis magiſque, me conatum hoc nequicquam itiner.] Sic divide:

- Dolet pigetque magis magiſque, me
Conatum hoc nequicquam itiner -

*

Quæ ægritudo inſolens mentem attentat tuam?] Malim numerorum cauſsâ,

- Ægritudo quæ i. m. a. t.

*

Super ſatis agere, ut ne mare animam occupes.] Ita eſt in Mssis. etiam vett. editt. niſi quod in Med. pro *ne in* eſt *nive.* Ingenioſè verò, ſed liberiùs paullò, emendabat Hugo Grotius:

Satis ſuperque eſt hacce de re, ut ne in malis animum occupes. Octonarius eſt; ſenſu ſanè optimo.

*

Magna te, ut vereor, eloqui porcet pudor.] Hadrianus Iunius corrigit, *Magnus te, ut vereor.* Sed libris invitis, & abſque cauſſa. Nam hoc dicit poëta, pudore impediri, quo minùs magnificè de ſe loquatur. Sed in libb. vett. eſt *loqui* pro *eloqui*, ut fortaſſe ſcripſerit,

- *Magna te, ut vereor, loqui porcet pudor.*

Et vidētur id numeri exigere. Attamen neque de nihilo eſſe arbitror, quod in codd. Mss. legas *Magnate*, prout & Merceriana expreſſit. Quid ſi id corruptum ex *mea gnata*, vel *mi gnate?* Vide igitur, an non ſic ſcripſiſſe Pacuvium, veriſimile ſit:

Mi gnate, vereor eloqui, porcet pudor.

*

Cùm incultos perveſtigans inrimarer ſinus.] In vett. libb. eſt *inrimare*. Sed metrum & ſententia, aut *rimarer* requirunt; aut *inrimat*; quomodo Accius Ilione dixit, *rimarem loca.*

*

Conſentire ac diſſentire partem da curſum æquiter.] Pro *partem* malo *partim*. Etiam *da curſum*, ſive, ut in aliis eſt, *da curſim*, & *da curſu*, corruptum puto ex *datur ius*. Vt ita ſcripſerit Pacuvius:

Conſentire partim, ac diſſentire, datur ius æquiter.

Niſi illud magis probes:

Conſentire ac diſſentire partim, dare ius æquiter.

*

Is veſtrorum uter ſit, ſignum cui datum eſt, cette.] Senarius ſit:

Is vestrûm uter sit, signum, certe, cui datum est.

*

Extremum intra canterem ipsum pregradat Parthenopæum.] Scaliger in Conjectaneis è Tantalo citat. Sed vulgatis potiùs codd. credendum, cùm sermo sit de Atalanta. Idem Scaliger sic legit:

Extremum intra campterem ipsum
Iam prægreditur Parthenopæum.

Sed in Mssis atque editis est *prægradat.* Scio apud Nonium esse *prægreditur.* Verùm cùm non non soleant librarij voces vulgarias mutare insolentibus: videtur, non tam Pacuvius ex Nonio, quàm Nonius ex Pacuviano corrigendus exemplo. Quare potiùs legendum videtur:

- Extremum intra campterem
Prægradat ipsum Parthenopæum.

Prioris versus defectus supplebitur, si cum Scaligero *iam* infercias, sive post principem vocem, sive post *campterem.*

*

Et si metuo picta de plaga pallam.] Rectè Mercerus, *Et simitu,* quo pro *simul* usi veteres, ut è Lucilio, ac Plauto, Nonius ostendit. Malim etiam, *pictæ plagæ pallam.* Nam plagam pro clavo vestis accipi, Nonius ipse adiecit.

CHRYSE.

*

Pag. 54 *Di monerint meliora, atque amentiam averruncassint tuam*] Ex iambico est,

Di monerint meliora, atque amentiam tuam
Averruncassint -

Monerint pro *monuerint,* etiam dixit Armorum judicio.

*

Hoc vide circùm supraque, quod complexu continet
Terram. id quod nostri cœlum memorant, Graij perhibent æthera.] Vir quidam eruditissimus legit,

Hoc vide quod circumquaque suo complexu continet
Terram. Sed alterum illud comprobatur, partim, è vett. libb. etiam Ald. & antiquiore hac Mediol. partim Lucretij istoc, quod è Pacuvio expressit:

Denique tam tuere hoc circum supraque, quod omnem
Continet amplexu terram.

Sed versu secundo verba illa *id quod* furcillari patiar non invitus. Quippe quæ mihi Varronis, (unde hic locus depromtus) non Pacuvij ipsius, esse videantur. Et absque ijs, meliores sunt numeri.

*

Quicquid est hoc, omnia is animat, format, auget, alit, ferat,
Sepelit, recipitq́; in sese omnia, omniumq́; idem est pater,
Indidémque eadem, quæ oriuntur, deintegro æquè eodem occidunt.] Superiori fragmento hæc conglutinat Scaliger in Collectaneis. Ego potiùs censeo, hæc proximè cohæsisse alteri fragmento, quod in Pacuvij Chryse legi, disertim dicit Marcellus. Est verò illud,

Mater est terra, ea parit corpus, animam æther adiugat.

Et confirmat conjecturam nostram ἀντίθεσις ista, quòd úti in hoc fragmento terra dicitur mater; ita in altero, quod ei annectimus, æther pater appellatur. Etiam ubi editum hic ex libris nonnullis, *- format, auget, alit, ferat:* pro *ferat*, scribe *creat:* quod est in editione Ciceronis omnium antiquissima, ut Stephanicam, ac nuperam Gruterianam, cæterasque prætercam. Versu extimo, cum Guilielmio malim, *eademque oriuntur*. Etiam pro *æquè*, quod Scaliger reposuit, magis placet *atque*, uti est in libb. omnibus.

*

Nam istis, qui linguam &c.] Sesquipes initio deest.

*

Pag. 55. *Est ibi sub eo saxo penitùs strata arena ingens specus,*
Solis quæ exortu capessit candorem, occasu nigret.
Illud incipio saxum tentans escendere verticem
In summum, deinde in omnis partis prospectum aucupo.]

Ita hæc è tribus fragmentis connexuit Scaliger. De primo secundoque versu laudo; etsi apud Nonium sit *Solisque*. De tertio vix probo, quod sesquipedem totum fulcien-

fulciendo versui addiderit. Nam in cunctis Nonij libris legitur:

- Incipio saxum tentans scandere verticem.

Versum impleveris, minusque à veteri scripturâ recesseris, si cum Scriverio legas,

Incipisso saxeum tentans escendere verticem.

※

Fugimus qui arte hac vescimur.] Hugo Grotius legit, *qui aurâ hac vescimur*. Idem hæc concinnè jungebat fragmento isti, quod inferius adfertur, *ossum inhumatum, auram æstuosam*, ut sit trochaicus eiusmodi:

Ossum inhumatum, auram æstuosam fugimus, qui aura hac vescimur.

Sed pro *arte hac* possis & cum Scriverio *aëre hoc*: quod minus abit ab *arte*.

※

Atq;, ut promeruit pater, mihi patriam populavit meam.]
Planè scribendum,

Atque ut promeruit, pater, qui patriam populavit meam.

De Agamemnone verba facit Astymone ad parentem suum Chrysen, à quo ipsa Chryseis dicitur. Spissus verò est Nonij error, qui *populare* hic interpretatur *conciliare sibi amorem populi*. Nam quis nescit, ut Agamemno depopulatus sit Thebas Cilicias, ac Chryseida inde abduxerit captivam?

*

Inveni opino esse optimum, Orestes ut heres sit, sed tamen.]
Ita est in Mssis & vett. editt. Malim,

Id verò opino esse optimum, Orestes heres ut siet.

Sed quid magnopere Orestes ad fabulam Chryseidos? Forté igitur melius Hugo Grotius:

Id verò opino esse optumum, ut restes here.

Attamen alicui fortasse non videbuntur penitus furcillanda esse verba, *sed tamen*. Quare videamus, an aliter etiam medicina fieri possit. Sanè in Chryseide agebatur, ut Agamemnon eam, Achillis & aliorum suasu, restituerit pa-

rit patri. Vide igitur, an ex istis verbis, *Orestes ut heres sit sed tamen*, paucis truncatis literis commodè eliciatur, *restituere sit eam.* Nam *sed* (pro quo *set* scribebant) ex *sit* corruptũ. Ex *eam* verò *tam* fecere, unde cum apice superimposito *tãm* vel *tãn* fecissent, id literarum compendio pro *tamen* positum esse, creditum est. Præterea *esse*, quod antecedit, facili errore ex *isti* potuit irrepsisse. Quid si igitur scriptum fuerit:

- Id verò opino, isti optumum
Restituere sit eam -

Amicissimo verò Scriverio sic legendum videbatur,

Id verò opino esse optimum, Chryses hero
Vt sit solamen.

*

- Perque nostram egregiam
Vnanimitatem, quam memoria deiugat.] Versus requirit, ut pro *egregiam, regiam* scribas. Sententia item exigit, *immemoria deiugat. Immemoria*, quæ Græcè ἀμνημοσυνὴ. Vsus & Papinianus.

*

Atque eccos, unde certissent.] Hæc vera lectio est: pro quâ in Ald. & Merc. *aquæ eccos*, in Med. *aquæ cocos*, apud Sipontinum *vocant cocos. Certissent* valet *certiores fiant*, ut ex Nonio scimus. Quare, quicquid dicat Delrio, si ὀρθογραφίας habeamus rationem, potiùs scribendũ *certiscent.* Est enim verbum eius formæ, cuius *dulcesco, vilesco, tremisco, lucisco.*

*

Pag. 56 *- Promerendæ gratiæ:*
Simul cùm videam Graios nil mediocriter
Redantruare, opibusque summis persequi.] Fortean scribẽdum, *Graios mihi mediocriter Redantruare.* Nonius id verbi interpretatur *redire*: sed more suo, hoc est ineptè. Melius Festus; unde discimus, tralationem esse à Salijs, præsulis sui motus referentibus. Lucilius in nono Satirarum:

Præsul ut antruat hinc, & vulgu' redantruat inde.

DVLO-

DVLORESTE.

*

Hiccine hic est, quæ famæ gratia ante omnes nobilitat viros,] Scribe,

Hiccine is est, quem gratia famæ a. o. n. v-

*

Amplus, rubicundo colore, spectu protervo, ferox.] Prima in *protervus* producitur, contrà quàm posteriores solent. Sic Ennio in Telepho porrecta est prima in *profiteor :*

Te ipsum hoc oportet profiteri, ac proloqui
Adversum illam mihi -

Cùm superiori verò fragmēto alterū connecto hocpacto:

Amplus, rubicundo colore, spectu protervo, ferox,
Voce suppressâ, caperatâ fronte, vultu turbido.

Sive, si fortè malis, *vultu torpido.* Posteriorem versum citat Nonius. Sed apud eum pro *caperatâ* legitur *innatâ.* Corruptè planè. An prius fuit *iratâ* ? quod ex glossemate potuit irrepsisse. Saltem, & hoc, & illud, respuit metrū. Et quid est *innata frons ?* Tum, quod penè omnem dubitationem tollit, Varro in VI. de L. L. disertim dicit, in Doloreste legi *caperatâ fronte.* Sed de hoc plura ad incertæ tragœdiæ fragmenta.

*

Nam te in tenebris sæpe lacerabo fame
Clausum, & fatigans artus torto distraham.] In Mssis, & edit. Ald. est, *Nam te tenebricas sæpe.* Vnde rectè viderunt viri docti, legi debere,

Nam te tenebricâ sæpe lacerabo fame
Clausum. Vel, quod Scriverio placuit, *Nam te in specu tenebrica.* Nempe ut *tenebricam sepem*, vel *specum*, vocet tenebrosum carcerem; quomodo Euripides in Bacchis dixit, σκοτίαις κρυπτὸν ἐν εἱρκταῖς. *Tenebricus* pro tenebricoso, etiam legas apud Tullium II. Tusc. Qu. versibus istis; quos ex Sophoclis Trachinijs expressit:

Hæc à Tartareâ tenebricâ abstractum plagâ
Tricipitem eduxit Hydrâ generatum canem.

Valde etiam metuo, ne iterum erret Nonius, cùm *torto* interpetatur *tormento*. Nam quis veterum ita loquitur? Quare hoc potius dicit Poeta, *ubi torto distraham membra*. hoc est, dum torqueris. Nam præterita passiva, quia præsentibus carent Latini, sæpe significationem habent præsentis: qua de re in alio opere plura diximus.

*

Pag. 57. *Macte esto virtute, operâque omenque approbo.*] Delrio, - *operáque omen approba.*

*

Primum hoc abs te oro, nimis inexorabilem
Faxis, ne turpassis vanitudine ætatem tuam.] Ita est in Ald. & propius quidem, quàm Mediol. aut Maius, à verâ lectione abest. Sed, puto, scripserat Pacuvius:

Primùm hoc abs ted oro, ne te nimis inexorabilem
Faxis, neu turpassis vanitudine ætatem tuam.

Quam emendationem Hugoni Grotio debemus.

*

Vbi illic est? me miseram? quam clamor eliminat.] Mirè variant libri. In Ald. est, *Vbi ille est? me miseram, quoniam clamor eliminat.* In Med. *Vbi illic est? me miseram, quoniam clam eliminat.* Ac similiter Iunianus Maius, nisi quod pro *quoniam* (uti etiam in Mercerianâ est) habet *quonam*. Ex Aldina pro *illuc* retineo *ille*, quod & habet Mercerus. Ex Iuniano *quonam* pro *quoniam* accipimus. Ex Mediolanensi placet *clam* pro *clamor*. Vt sit talis senarius:

Vbi ille est? miseram me! quonam clam eliminat?

Vel potius scribe, - *ubi*
Ille est? me miseram! quam clamos eliminat.

Quomodo Accius Meleagro dixit, *Timidè eliminor clamore.* Et confirmat lectionem hanc, quod uno in loco (nam in gemino citat Nonius) pro *clamor* scriptum *clam vos*, quod quin ex *clamos* corruptum sit, dubium non est. Idemque Scriverio nostro observatum. At quod Palmerius emendabat,

dabat, *quianam clamore eliminat:* id verè Palmerianum est hoc est, duriusculum.

*

Nil conjecturâ quivi interpretarier,
Quorsum flexivicè contẽderet.] Ita est in Mssis, & vett. editt. Sed legendum *flexificè.* Et fortè *oraculi* vox exciderit post *flexificè.* Sanè illam si addas, & senarij erunt, & commoda sententia. Sed si ea audaciùs inseri videtur; possis ex *quorsũ* elicere *quo rursum:* ex *flexivicè, flexâ voce* Et fortasse *tum* excidit ante *contenderet,* ob similem syllabam sequentem. Quod facilè concedent, qui sciunt in membranis esse, *Quorsum flexâ cervice tum contenderet.* Fuerit igitur senarius ejusmodi:

Quo rursum flexâ voce tum contenderet.

Simile verò est illud Pacuvij in Peribœa:

Flexa, non falsa, autumare dictio Delphis solet.

Et Apollo dictus λοξίας a flexiloquâ dictione. Nam λοξὸς *obliquus.* Huc quoque refero Paccuvij illud, ex Duloreste eius citatum à Nonio in *Incertat:*

- *Sed me incertat dictio, quare expedi.*

Vbi *dictio* pro oraculo, ut in loco proximè adducto, & alibi non raró.

*

Nonne officium fungar vulgi, atque ægrè malefactum feram.] Fortasse melius,

- *Qui ægre malefactum feram.*

*

Responsa explanat, mandat ne mater fuat
Cognoscendi unquam, aut contuendi copia.] Scribe,
- *ne matrem fuat.*

*

Pag. 58. *Delphos venum pecus secunde ad stabula ac itiner contuli.*] Locus profligatissimè corruptus, in quo neque nos parcemus conjecturæ. Censeo legi debere:

- *Delphos veni ubi,*
Pecus egi inde ad stabula, me ad itiner contuli.

Possis

Poſſis & octonarium exſtruere:

Delphos ventum, pecus egi inde ad ſtabula, ad itiner contu...

Scilicet *Me*, vel aliud ſimile, ad ſeq. verſ. pertinuit.

*

- Is quis eſt?

Qui tunc ſi tu illum occupas, leto dabis.] Ita Mſsi, & vett. editt. ſed, puto, legi debet:

Qui te nunc, ni tu illum occupas, leto dabit.

Error natus ex eo, quòd ńc compendij ergo pro *nunc* ſcripſere. Poſſis etiam, *Qui te, niſi illum tu occupas, leto dabit.* Nec diſplicet eorum conjecturâ, qui pro *is quis eſt*, legunt, *Ægiſthus eſt.* Vnde enata feſtiva emendatio Scriverij, ſeptenarium exſtruentis eiuſmodi;

Ægiſthe, qui te, niſi tu illum occupas, leto dabit.

Vel, juxta Iuniani cod. ſcripturam (in quo pro, *is quis eſt*, legitur, *Vlyſſes eſt*) pro *Ægiſthe*, ſcribe, *Vlyſſe*. Sed alterũ prȩſtat.

*

Interea prope iam occidente ſole inhorreſcit mare,

Tenebræ condupl. &c.] Pacuvij eſſe conſtat ex Cic. 1. de divin. Quod verò ad Duloreſtem refertur, id non video, quâ fiat conjectura. Saltem nec III. de Orat, nec I. de Divinat. Cicero id dicit. Verſu quarto, qui eſt,

Grando miſta imbri largifluo ſubita turbine præcipitãs cadit,

vox *turbine* à libb. abeſt, & verſus eam reſpuit. Irrepſit autem huc ex verſu ſeq.

*

Vtinam nunc matreſcam ingenio, ut meum patrem Vlciſci queam.] Non damno, ſi dividas poſt *patrem*, ut fragmentum ex ſenario ſit, quomodo τὸ *queam* μονοσύλλαβον fiet: ſed nihil etiam impedit, quo minus ſit trochaicus quadratus catalecticus, ut τὸ *meum* συνίζησιν patiatur.

*

Pag. 59. *Me calvitur ſuſpicio: hoc eſt illud, quod fore Occultè Aiax prædixit.*] Pro *Aiax*, quod etiam in Ald. eſt, *Ceax* legitur in Mediol. Sed Mſsi habent *Oeax*; quod

meritò

meritò probat Mercerus. Is Nauplij & Clymenes filius, frater Palamedis, fuit. Vide Scholiasten Euripidis ad illud in Oreste:

Οἴαξ, τὸ Τροίας μῖσος ἀναφέρων πατρί.

Pacuvij verba sic digere:

Me calvitur suspicio, hoc illud est, fore
Quod occultè Oeax prædixit -

*

Vt si ita sunt promerita vestra, æquiperare ut queam,
Vereor, nunquam fatiscar facere, quod quibo boni.]

Fatiscar pro *fatiscam* poni, mouet Nonius, qui gemino in loco locum hunc adducit. Sed in vett. libris inconstanter legas, nunc *si unquam*, nunc *nisi unquam*, nunc *nisi numquam*; quod priori Nonij loco etiam est in Aldinâ, ac Mercerianâ, item apud Iunianum. Ita fuerit trochaicus quadratus. Nec alio mutato opus, quàm quod pro *vereor* fortean *peream* legendum: ut & Scriverius annotavit. In priori, ut metrum posteriori respondeat, leviculâ vocum trajectione opus est. Sic igitur lego:

-*Vt si ita vestra sunt promerita æquiperare ut queam,*
Peream, nisi numquam fatiscar facere, quod quibo boni.

*

Si Priamus adesset, & ipse eius commiseresceret.] Vel τὸ *eius*, vel princeps ultimæ vocis syllaba, furcillanda, ut senarius fiat. Vel cum Scriverio pro *ipse eius*, *ipsius* scribe. Quod uti simplicius, ita verius, censeo.

*

Ferme aderant æquore in alto ratibus repentibus.]

Puto ex jambico esse, - *Aderant*
Ferme alto in æquore ratibus repentibus.

HERMIONA.

*

Pag. 60. *Fortunam insanam esse, & cæcam &c.*] Prout hic leguntur, sunt jambici octonarij, dummodo versus primus ita concipiatur,

Fortu-

Fortunam insanam esse, atque cæcam, & brutam perhibent philosophi.

At versus nonus hoc pacto:

Verisimile aiunt, usus quod reapse experiundo edocet.

Sed in Lambinianâ, Gruterianâ, alijs Tullij editionibus, ita digeruntur, ut sint trochaici quadrati catalectici. Et lectio ista magis convenit cum libris chirographis. Plura de hisce versibus dicemus in tragœdiæ incertæ fragmentis.

*

Quamquam ex discorditate cladem importem familiæ.]
Apud Sipontinum est, *Quantasque nec discorditas clades importet familiæ.* Vt fortasse scripserit Pacuvius:

- Quantasque hæc discorditas
Clades importet familiæ --

Sed in veteribus, & recentibus Nonij libris, qui quidem prælo sint excusi, legitur hoc pacto:

Quantamque ex discorditate cladem importem familiæ.

Qui trochaicus erit, sed quem terminet pæon quartus: uti istum in descriptione fortunæ, quem paullò antè vidimus:

Fortunã insanam esse, & cæcam, & brutã perhibent philosophi.

Si id minus placet, fiat iambicus octonarius:

Quantumque ex hac discorditate cladem importẽ familiæ.

Sed neque dissimulandum in Mso inveniri senarium eiusmodi:

Quantamque excorditate cladem importem familiæ.

Et fortasse ut à *discors discorditas*, sic ab *excors excorditas* fecere. Quod si est, erit in Nonio hiatus exiguus post *discors.* Quales apud eum multi.

*

Tyndareo fieri contumeliam, cuius à te veretur maximè.]
Scribe, *cuius te veretur maximè.* Sic Accius Alphesibœâ: *Si tui veretur te progenitoris cedo,* Vide autem, utrùm post *Tyndareo* sit distinguendum, ut sit è trochaico quadrato catalectico. Quod si est, hic quoque in fine sit pæon quartus. Sed leviculâ trajectione fient iambici:

- fieri

- fieri contumeliam
Tyndareo, cuius te veretur maximé.

*

Quod ego in acie celebro obiectans vitã bellando aptus sum.] *In celebro acie* quia Latinum non est, ideo H. Stephanus legit *celebri*. In Venetâ Pincii est *cerebro*. Aldinæ qui præfuere, cùm neutrum hic locum habere viderent, omissâ eâ voce ediderunt,

Quod ego in acie obiectans vitam.

Sed hoc est nodum secare, non solvere. Ego pro *cerebro*, unicâ extritâ literâ, lego *crebro*. Quod etiam Mercero placere, postea vidi. Et sicui hic aqua hæret, sciat sic ex libris suis legisse olim Iunianum Maium: ut iam de eâ lectione dubitandum non sit.

*

Pag 61. *Et obnoxium esse, aut brutum, aut elinguem putes.*] Ita est in libb. vett. Malim tamen,

- Eum
Obnoxium esse a. b. a. e. p.

Vt è senario fit.

*

Quam tibi dare dicta, aut quàm reditum est Pergamo.] Et sententia, & metrum, & librorum veterum consensus, *dari* requirit. Estque trochaicus eiusmodi:

Priu' data est, quàm tibi dari dicta, aut quàm reditum est Pergamo.

Sermo est de Hermionâ, quæ priùs data fuit Oresti, quàm Pyrrho.

*

Concorditatem hospitio adiunctam perpetem
Probitatem conservetis.] Ita in libb. omnibus reperio, præterquam Mercerianâ edit. ubi est, *Comitatem conservetis.* Malim *comitate*. Erit verò è trochaico. Vulgata est ex iambico senario. Sed legendum:

- perpete
Probitate conservetis -

Ingeniosè verò pro *hospitio adiunctam* Clarissimus Scriverius

rius conjectabat *auſpicio aditam.* Solùm addo, provocabulum *hanc* intercidiſſe. Nam metrum illud requirit. Et veriſimilius eſt *hoſpitia* factum eſſe ex *hanc auſpicio.* Vt veram lectionem putem,

Concorditatem hanc auſpicio aditam perpetem (vel *perpete,* aut *perpetim)*
Probitate conſervetis. *Auſpicio* trium ſyllabarum.

*

Currum liquit. chlamyde contortâ aſtu clypeat brachium.] Nihil hoc de loco dici opus poſt ea, quæ Scaliger ſcripſit initio Conjectaneorum.

*

Pag. 62. - *Quod tamen ipſaq; orbitas,*
Grandevitaſq; Pelei per penuriam
Stirpis ſubaxet.] Non video, ut hic locum habeat *ſubaxit,* quod valet *ſubegerit.* In Mediol. eſt *ſubarcet.* Vnde leviculâ immutatione facias *ſubiacet,* uti Grotius legendum putavit. Qui & pro *quod* ſcribit *quoi.* Vt planè ſinceram eſſe lectionem exiſtimem:

- *Quoi tamen ipſa orbitas,*
Grandevitaſq; Pelei per penuriam
Stirpis ſubiacet -

*

Sub iudicio quoque omnes gradus tetinerim.] τὸ *quoque* eſt in illa Iunij, ac Merceri, ut vulgatam non damnem: quàm ita diſpeſce,

- *Sub iudicio quoque*
Omnes gradus tetinerim.

Sed in Ald. ac Mediol. pro *quoque* eſt *quæ.* Etiam ſententia apertior eſt, ſi pro *ſub* ſcribas *tua.* Ita ſenarius ſit:

Tuo iudicio quæ omnes tetinerim gradus.

*

Sermonem hic noſtrum ex occulto clepit, quantũ intelligo.] Ita

Ita numeris restitue,

Sermonem hic nostrum ex occulto, quantum intelligo, clepit.

*

Nam solis Danais hic domutionem dedit.] Ita quidem editt. vett. Sed ἔτυμον exigit *domuitionem*; nec metrum respuit.

ILIONA.

*

Blandam hortatricem adiugat voluntatem.] Scribe,
Blandam hortatricem adiugat voluptatem –

*

Pag. 63. *Sed hæc cluentur hospitum infidelissimi.*] In Mso pro *hæc* est *hi*, quod probum. In veteri Veneta Pincij, item antiquissima Mediolanensi, pro *hospitum* est *hospitium*, quod pro sincero habeo. Sic *hospitium fluviorum* pro *hospitum*, legimus in Ætnâ. Similia sunt, *principium, hominium, extispicium*, aliàque apud veteres non pauca; quæ inscitia librariorum temere immutavit. In voce extimâ *E* absorbetur.

*

Tu si concre, credo avitum sceptrum potientur poti.] *Ita* correxit Mercerus, cum legeretur in Mssis, *Vsi honere credo*. In Ald. *Vt si onere credo*. In Mediol. *Vt si honore credo*. Valde autem faveo ingeniosæ Grotij coniecturæ:

Vt si Ilionen regium istuc sceptrum potientur poti.

*

Occidisti, ut multa paucis verba unosè obnunciem.] *Vnosè* pro *simul* poni, apertè ait Nonius, ut locum habere non possit emendatio viri eruditi:

Occidisti, ut multa paucis, unicéque obnuntiem.

Nec τὸ *verba* expellendum, etsi desit in Aldinâ. Nam est in Mssis, & Mediol. & apud Iunianum.

*

Fac, ut cœpisti, hanc operam mihi des perpetem óculis traxerim.] Citat Festus, ut ostendat veteres *perpetem*, pro *perpetuo* dixisse. Quid si *perpetim* apud Festum, ac Pacuviũ

legamus? Quod ad illa *oculis traxerim*, puto post *perpetem* hiatum esse apud Festum, verbaque illa ad aliud fragmentum pertinere. Sanè simplicius illud, quàm ut corrupta sint ex *miseræ ô Vlysse*; nempe ut in *oculis* vestigia sint horum *ô Vlysse*; *traxerim* verò ex *misera*, inversis elementis, factum sit.

MEDO.

*

Pag. 64. *Quid tandē, ubi ea est? quod recepta exul incerta vagat?*] Ita lege, metro trochaico, & sententiâ percommodâ:

Quid tandem? ubi ea est? quò ire cœptat exul? incerta an vagat?

Credo autem esse ea verba Medi ipsius, à quo fabulæ inscriptio est. Nam in hac tragœdia Medeam matrem Medus quærebat, ut disertim Charisius ait lib. 1. ubi ista tum ab eo pronunciata esse dicit:

- Te sol invoco, ut mihi potestatem duis
Inquirendi mei parentis.

*

Sed quid conspicor? num me lactens calvitur ævitas?] In vulgatis antiquis legitur *conspicio*, item *ætas*: ut senarius sit talis:

Sed quid conspicio? num me lactens calvitur
Ætas? - Sin *conspicor*, & *ævitas*, uti in Mssis, malis, divide post *conspicor*, ut è trochaico sit.

*

Pag. 65. *Qua super re interfectum esse Hippotem dixisti?*] Num fortè legendum?

- Quâ re super
Interfectum esse nepotem dixti?

Ita putabat vir eruditus. Sed obstat, quod Medus, à quo fabulæ huic nomen, non est interfectus ab avo: imò contrà is avum suum Persen interemit. Quare rectum est *Hippoten*. Nam Medus, Ægei & Medeæ filius, cùm à

Perse in custodiam coniectus esset, mentiebatur se esse Hippoten, Creontis filium. Quâ de re plura vide apud Hyginum fab. XXVII.

*

Linguæ bisulcis actu crispo fulgere.] Rectè emendant, *Linguæ bisulcæ iactu crispo fulgere.*

*

Quæ res te ab stabulis abiugat, certum est loqui.] Num *abiuget?* an potius *abiugat* κατ' ἐρώτησιν scribendum? ut sequentia ab alio dicantur.

*

Accessi ad eam, & tonsillam pegi levo in litore.] Fabulæ nomen etiam in Mso nostro Prisciano integrum servatum. Sed in Venetâ veteri corruptè est: *Pacuvius: In medio tonsillas* &c. pro, *Pacuvius in Medo.* Pro, *levo autem litore*, puto legendum, *leto in litore.* Nam ita est apud Festum in codice Farnesiano, & quibusdam etiam Prisciani libris: uti Venetâ veteri. Sic Accius Phinidis:

- Tacete, & tonsillas litore in leto edite.

Quamquam ibi quoque *levo* legit Scaliger. Sed in Farnesiano est *litore in ledo:* in vulgatis *leda.* Vt utrobique veteris lectionis videas vestigium.

*

Te sol invoco ut mihi potestatem duis
Inquirendi mei parentis.] Fuerit trochaicus quadratus catalecticus, si *Alme* præmittas. Versu seq. *mei* συνίζησιν patitur.

*

Custodite istum vos, ne eum qui attollat, neve qui attigat.] Vtrobique *qui* pro *quis* ponitur. Id si displicet, sic sententiæ, & numeris redde,

Custodite istum vos, ne eum quis attollat, (vel ἀρχαϊκῶς *attolat*) *neve attigat.*

*

Pag. 56. *Ire si resto, pergit iter: iam si ire conor, prohibet bevere.*] Citat Aldina ex *Hedo*, pro quo *Medo* rectè est in Mssis, & prope accessit Mediol. ubi pro *Medo, Si,* legitur

mendosi, ſanè mendoſé. Porrò verbum *ite*, quod initio à Delrio quoque adjectum, planè tollendum. Scio in Aldinâ eſſe, *Hedo, Bibite ſi reſto*. Vnde faciendum videtur, *Medo, Ire ſi reſto*. Sed *bibite* corruptum ex *betite*, quod ad ſuperiorem Pacuvij locum pertinet ex Nyptra citatum. Id quoque ex Mssis liquet, ubi poſt *bibite* legas, *Medo, Si reſto pergitur*, ſive, ut in aliis eſt, *pergit ut*, aut, *peragitur*, aut, *pergit iter*. Puto autem, leviculâ immutatione, ſcribendum, *ſi reſto, urget iter*. Pro *eam* quoque, quod poſt *iter* in pleriſque ſequitur, *iam* ſcribi debet. Ita fuerit trochaicus quadratus,

Si reſto, urget iter; iam ſi ire conor, prohibet betere.

Quæ mihi certiſſima emendatio videtur.

NIPTRIS.

*

Barbari eam peſtem navibus noſtris obtulit.] *Barbaricam peſtem navibu' noſtris obtulit.* hoc eſt Troianam, ut ſuprà dictum. Servius Fuldanus in 11 Æn. *Barbaro, id eſt Phrygio, quia* Πᾶς μὴ Ἕλλην βάρβαρος. Ita ibi legendum.

*

Ætate integrâ, feroci ingenio, facie procerâ virum.] Poſt *integra*, divide.

*

Advenio in ſcrupoſam ſpecum.] Planè cenſeo, non eſſe novum fragmentum; ſed idem illi, quod integrius ſequitur:

Inde advenio montem Oetam, ſcrupoſam ſpecum.

*

Pedetentim ite, & ſedato niſu, ne ſuccuſſu arripiat maior dolor.] Sunt hæc ex Ciceronis Tuſc. II. ubi confert, quæ Pacuvius de vulnerato Vlyſſe narrat, cum iis, quæ dixerat Sophocles tragœdiâ illâ, quæ ἀκανθοπλὴξ inſcribebatur, ut, in ſua de tribus Tragicis diſſertatione, ex Heſy-

Hesychio ostẽdit Clarissimus & amicissimus vir, Ioannes Meursius. Sunt verò, qui hic adducuntur, versus anapæstici; eoque sic esse illos digerendos arbitror:

- Tu quoque Vlysses,
Quamquam graviter cernimus ictum,
Nimis es penè animo molli, qui
Consuetus in armis agere ævum.

Item postea:

Retinete, tenete, opprimit ulcus,
Nudate, heu miserum me, excrucior.

In vulgatis scripserant, *opprimite*; unde Pythæus, *opprimit te*; Guilielmius, *opprimit heu*, legendum putabat. Sed utrumque respuit metrum. Nec ultima vocalis in *opprimite* venire in rationem debet, quia non aliâ de caussâ ita scripsit librarius, quàm quia antecesserat *retinete, tenete.* Vt ea, quam dixi, omnino sincera lectio sit; *opprimit ulcus.* Postrema denique sic censeo digeri, ac legi debere:

Operite, atque abscedite, iam iam
Mittite. Nam attrectatu & quassu
Sævum hunc amplificati' dolorem.

Extremo versui fulciendo infercivimus *hunc*, quod similitudine præcedentis syllabæ exciderat.

*

Pariter te esse erga illum video, ut illum te erga scio.] Metrum, quod trochaicum est, postulat,

- ut illum ted erga scio.

*

Cedo tamen pedem, lymphis flavis flavum ut pulverem,] Scribe, ut metrum sequentibus respondeat,

Cedo tamen pedem, lymphis ut flavis flavum pulverem.

Nisi malis,

Cedo iam pedem. Nam sæpicule *tamen* ex *tam, tam* ex *iam* fecere librarij.

*

Priusquam oppeto malam pestem hostili mandatam manu.] Scaliger *pestim*, ὀρχαικῶς, ut *restim* dicimus.

PAVLLO.

*

Pag. 68. *Quæ via caprigeno generi gradibilis gressio est.*] Quantum præsumserit librariorum audacia, vel locus iste argumento erit. Nam cum sic, uti posuimus, legatur apud Priscianum initio libri sexti: apud Macrobium tamen lib. VI. cap. V, in hunc modum citatur:

Quamvis caprigeno pecori grandior gressio est.

Hic *quamvis*, illic *quæ via*, sive, ut in plerisque Mssis legitur, *quia via*; hic *pecori*, illic *generi*; hic *grandior*, illic *gradibilis*. Non dubium autem mihi, quin melior sit Prisciani scriptura: quæ tamen nec ipsa planè est sincera. Ita enim legi debet:

- *Quâ viâ*
Caprigeno generi gressio gradibilis est.

PERIBOEA.

*

Neque tuum te ingenium moderat, neque fraternum ira exulium levat.] Etsi aliter etiam ordinare possis; tamen verisimilius est, sic digeri debere, ut trochaici fuerint:

- *Nec tuum*
Ted ingenium moderat, neque fraternũ ira exsulium levat.

*

Parùm est, quod te ætas malè habet, ni' etiam hic ad malam Ætatem adiungas cruciatum reticenti.] Legerem *recenti*, nisi in Mssis & vett. editis constanter esset *reticenti*. Quare rectũ est *reticentiâ*, quomodo emendat Guilielmius.

*

Sed nescio quidnam est: animi horrescit, gliscit gaudium.]
Scribe, - *Sed nescio*
Quidnam est: horrescit animi, gliscit gaudium.
Vel conjunge, ut trochaicus fiat. Possis & scribere, *horrescit animus,*

animus; sed alterũ, tum libris subnixum, tum τεχνικώτερον. Similia sunt *excruciari* vel *angi animi*, *letari laborum*, *gaudere voti*, & alia, quæ Græcorum imitatione dicuntur. In nonnullis libris, etiam Aldinâ, legitur, *Sed nescio quidnam est animi, horrescit & (vel atque) gliscit gaudium.* Mendosè. Nam hoc poeta voluit, animum variè se habere; hinc metu incutiente horrorem, inde spe gaudium concitante.

*

Nam me perbitere, illis opitularier,
Quovis exitio cupio, dum possum modò.] In veteri Mediol. & apud Iunianum Maium, legitur, *Nam me mihi perbitere.* Et metrum id requirit. Sententia est, peream sanè mihi, dum aliis non peream, sed prosim. Pro *possum* apud Maium, etiam in Ald. Med. aliis, est *prosim*. Illud verò *modò*, quod explendo versui addunt viri docti, à vett. libb. abest.

*

Thyasantem fremitum concidi melum.] In Mssis, Aldinaque, est *Thesiantem*: unde Hadrianus Iunius legit, *Thyasiantem*, quod est, thyaso bacchantium convenientem. Pro *fremitum*, sive *fremita* (ut est in Ald.) lego cum aliis *fremitu*. At *concidi melum*, rectum puto, ut sententia sit, Bacchicum melos multo fremitu intercîdi, atque impedij. Vir tamen doctissimus malebat:

- Thyasum ante fremitu concinui melum.

*

Ardua per loca agrestia, ac trepidante gradu nititur.] Ita est in Ald. & Mercer. Sed vel illud *ac* dele, vel scribe *agresti ac*, prout est in Mediol. & apud Iun. Maium. Sunt verò anapœstici:

- Ardua
Per loca agresti, ac trepidante gradu
Nititur -

*

Pag. 69. *Scrupea saxa, Bacchi templa, prope aggreditur.*] Etiam hoc

hoc ex Anapæstico est. Scribe igitur,

Saxaque scrupea, templaque Bacchi,

Propere aggreditur – Non *prope*, ut est in vulgatis: quamquam & retinet Scaliger: qui etiam vocem *altaque* liberaliter nimis infercit.

*

Consternatæ animæ ex pectore hac, & volvere;
Consilium subit omnes, quod de nata est modò:
Quo pacto inimicis mortem, & huic vitam efferas.]

Prima ita restituo:

Consternate anime, expectora hæc –

Quod si *volvere* pro *volve* dixerunt, non dubitem sequentia ita legere,

– *& volvere*
Consilium subito omine quod enatum est modò.

Vel scribe, *& volvito.* Sed quia ductus literarum plusculum abeunt à libris, ubi constanter est, *& volvere*, vel *evolvere*, etiam tentabam hoc pacto:

& volvere
Consilium subeat omne, quod natum est modò.

Extimo versu in vett. libb. etiam Med. & Ald. est, *Qui pacto.* Mox pro *efferas*, in Mediol. est *afferas.* Et sententia sanè *afferas*, vel *offeras*, requirit.

*

Belluarum ac ferarum adventus ne tetret loca.] Sic numeris redde:

Ferarum ac belluarum adventus ne tetret loca.

*

– *Precor veniam, petens*
Vt quæ egi, ago, axim, verruncent bene.] Vt impleatur senarius, scribe, *ago, vel axim.*

*

In triplici pertimefactus mœrore animi incertè errans vagat.] Vel dele *In*, ut sit trochaicus: vel scribe, *Hinc triplici*, aut *Is triplici*, vel *Multiplici:* ut sit jambicus quadratus.

Tamen

*

Tamen obfirmato animo mitescit metus.] Numerorum caussâ rescribe :

Tamen animo obfirmato mitescit metus.

*

Pag. 70. *Tu mulier tege, & tuta templa Liberi.*] Ita est in Ald. Sed in Mediol. est,

Tum mulier coge te, ut tutent templa Liberi.

Satis autem mirari non possum, provocabulum *te* abesse ab Aldina, ubi metrum illud requirit: contráque legi in Mediolanensi, ubi illud nec sententia patitur, nec metrũ. Quare vel lege, *Tu mulier tege te, & tuta templa Liberi:* Vel hoc pacto:

Tum mulier coge, ut tutent templa Liberi.

Sed prius illud magis convenit cum Mssis: quod & Mercerus expressit.

*

Non potest, Menalippe, hic sine tuâ opera exantlari clavos.] Ita quidem edit. Mediol. Ald. aliæque: sed recte in Mso est *labos.* Quomodo & viri docti iamdudum emendarũt.

*

Corpusque meum tabe, mœrore, errore, macore senet.] Ita editt. vett. verùm in Mso pro *tabe* est *tali.* Sunt verò Anapæstici:

- Corpusque meum tali

Mœrore, errore, macore, senet.

Alij tamen numeri fuerint, si pro *errore* legendum *tetro.* Sanè in Mso *terro* legitur, quod proximè à *tetro* abest.

*

Metus, egestas, mœror, senium, exuliumque, & senectus.]

Sic anapæsticis numeris restitue:

- Metus, mœror, egestas,

Senium, exuliumque, atque senectus.

*

Ecfare, quæ cor tuum timiditas territat?] Sic scribendum pro *terret*,, ut in aliis est. Vel lege:

- timiditas terret tuum?

*

Regnûm imperator, æternûm morum sator.] Pro *regnûm* malim *regum*. Pro *morum*, sententia *Deûm* requirit : sive, quod propius à *morum* abit, *Deorum*, ut συνίζησις sit. Adfert Nonius, ut ostendat accusativum poni pro genitivo : uti hîc *æternûm* pro *æternorum*. Nempe enallagen casus cum syncope confundit.

*

Pag. 71. *Quamquam ætas senet, satis habeam rem virium, ut te ab ara arceam.*] Ita & est in Prisciano meo Mso, ac antiquâ Venetâ, nisi quòd in hac corrupte pro *ara* est *arcâ*. Vera lectio est,

Quamquam ætas senet,
Satis habeo tamen virium, ut te ará arceam.

Vel si pro *habeam rem*, malis *haberem* tali; interpolatione opus sit, priusquam trochaicus fiat:

Quamquam senet
Ætas, satis haberem virium ab ara ted ut arceam.

PHINIDIS.

*

Tacete, & tonsillas lævo in litore edite.] De hoc ad Medum Pacuvij diximus.

TANTALO.

*

Extremum intra campterem ipsum
Iam prægreditur Parthenopæum.] Vide, quæ ad eiusdē Atalantam notavimus.

TEVCRO.

*

Flexanima, tanquam lymphata, & Bacchi sacris
Commota, in tumulis Teucrum commemorans meum,
Alcyonis ritu litus pervolgans feror.] Prima Ciceronis editio, item Stephanica, & quædam aliæ, pro *&* habent, *ut*; unde Auratus *aut* legit; quod tamen in nullis invenias Mssis. Pro *meum* in vett. libb. etiam Gruterianâ, est *suum*: quod Scaliger immutavit, ut versus tertius prioribus cohæreret. Atqui non junxerat eos Pacuvius. Imò, ne hoc quidem, an versus iste ex Teucro sit, constare potest, cùm id Varro non dicat, unde depromptus est, & cum illis ferruminatus, quæ à Cicerone adducuntur; ubi quia à Poeta Teucri mentio sit, ex tragœdiâ eiusce nominis citari, per est verisimile.

*

Armamentûm stridor, & rudentum sibilus.] Scribe *rudentisibilus.* Nam ita dixisse Paccuvium, apertè dicit Varro in quarto de L. L. Sed quia eiusmodi compositio Pacuvio, quàm oratore Tulliani ævi, dignior est; iccirco Cælius, ad Ciceronē scribens, pro eo *rudentum sibilus* maluit.

*

Pag. 72. *Nos illum interea perficiendo propitiaturos facul remur.*] E Mso scribe *præficiendo.* Sic verò digere, ut *Remur* initium sit versus sequentis. *Interea* trisyllabon est. Nam versus est trochaicus quadratus catalecticus.

*

Rapido, reciproco, percito. augusto, citare, rectem, reciprocare unde, eque gremiis subiectare, adfigere.] Ita est in codice Farnesiano, atque id valde corruptè. Et obtinuit is error jam tempore Paulli exscriptoris, ut parebit eius epitomen legenti. Quis autem, ubi de poetæ sententia nihil planè

planè constet, eluere se posse speret octingentorum jam annorum errorem? Et tamen, quid hîc tentârit magnum Scaligeri ingenium, legere ad Festum potes. Nec dissimulabo Hugonis Grotij emendationem, qui scribebat:

Rapido, reciproco, percito, angusto freto:

Et Mercatore:

Reciproca te, nudisque genibus subiectare, adfigere.

Posterior versus est octonarius. A Pacuvio autê scriptam esse Mercatorem, cõstat ex Varronis VI. de L.L. si modò sanus est is locus. Horum exemplũ secutus in loco desperato, contra Coi vatis præceptum, nec propriæ parcam conjecturæ. At illud quidem planè verum puto, priora solum esse ex Pacuvij Teucro: quæ huiusmodi fuisse suspicor:

Rapio, reciproco, percito, agito ultro, citro.

Percito etiam est in gloss. vett. Vel scribe *percillo*, sive *percilo*, quod à *cilo*, seu *cillo*, unde *ciliis*, & *oscillis* nomen. In isto verò *re restem*, puto latere alterius tragœdiæ nomen: fortassean Orestis, vel Dulorestis, quam idem Pacuvius scripsit. In sequentibus pro *unde*, scribe *inde*; pro *adfigere*, *adfligere*, hoc pacto:

Reciprocare inde, eque gremiis subiectare, adfligere.

Est trochaicus quadratus catalecticus. Ac videtur alludi ad tollenonem, vel pilum Græcum.

*

Vt ego si quisquam me tagit, & tangam.] *Tagam* scribe, uti apud Festum est.

*

Postquam defessus perrogitando advenas
De natis, neque quemquam invenit scium] Ita quoque est in vett. libb. nisi quod in Mso sit *dignatis*, pro *de gnatis*. Etiam numeri exigere videntur *defessus est*. Vel scribe, *Posteaquam*.

*

Pag. 73. *Nisi coerceo protervitatem, atque hostio ferociam.*] *Protervitatem* senarium inchoat.

Aut

*

Aut me occide, illa hinc sine usquam provideam gradum.] In Mediol. est *illa habui*, ubi Ald. melius *illa hinc*, sed rectū est *illinc*. Error ortus ex eo, quod scriberent *isthinc*, *ilhinc*, pro *istinc*, *illinc*. Etiam pro *sine*, lego *si*. *Provideam* est in editt. vett. Sed in Mercerianâ est *provigeam*. Malim cum Giffania *provegeam*. Nā *vigere* absolutæ est notionis, *vegere* etiam activæ. Vt apud Pomponium Maiali:

Animos Venus veget voluptatibus.

Et apud Ennium Ambraciâ:

Æquora salsa viges ingentibu' ventis.

Vbi *vegere* est movere, atque erigere. *Provegere* igitur erit *promovere*. Et sanè Nonius quoque in hoc Pacuvij loco interpretatur *movere*, *ferre*. Vera igitur lectio est:

Aut me occide, illinc si usquam provegeam gradum.

*

Te repudio, nec recipio, naturam dico facessi.] Locum hunc Palmerio, & aliis, frustra tentatum, non infeliciter restituit Scriverius. Qui pro *naturam dico* legit *matura dum*. Sed non minus placet conjectura nostra, ut pro *naturam dico facessi*, scribatur, *maturè, edico, facesse*. Nam & propius abit à libris, & idem dicit, quod Maro, *Maturate fugam*, Sic verò digere,

- *Te repudio, nec recipio:*
Maturè, edico, facesse.

*

Facessite hinc omnes, parumper tu mane.] Puto cæsuræ ergo scripsisse, *omnes hinc*.

*

Vbi poëtæ pro sua parte falsa conficta canant,
Qui caussam humilē dictis amplant.] Hæc quidē si ita scripsit Pacuvius, non dubiū, quin ex epistola, vel prologo sint; uti Scriverius monuit. Sed vide, an non percōmode emen-

emendet H. Grotius anapæsticis huiusmodi:

Vbi pro tempore partim vera,
Partim falsa & conficta canant,
Qui caussam humilem dictis amplant.

*

Neque perpetrare precibus, nec precio quit.] *Quiit* lege, ut senarius sit.

*

Profusus gemitu murmuro occistians ruat,] Postremæ duæ voces ab edit. Mediol. & Ald. absunt. Sed sunt in cod. Farnesiano. Rectè verò emendant viri docti, *oscitans ruat*, vel potius *ruit*. Vt sit idem huic Maroniano in x.

Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.

Vel isti, quod è Cn. Matij Iliad. x. citat Diomedes:

Ille hietans herbam moribundo tenuit ore.

Qui locus, etsi corruptus est; tamen, quod volumus, satis indicat.

*

Nam Teucrûm regi sapsa res restabiliet.] Farnesiani Festi editor legendum conjectat, *res stabiliet*: quod metro repugnat. Rectum igitur est *res restabiliet*. *Sapsa* res pro *eapse res*. Nam dicitur *sapsa*, quasi *sa ipsa*. Vbi *sa* non est *sua*, sed *ea*, quomodo Ennius dixit,

Nec quisquam sophiam, sapientia quæ perhibetur,
In somnis vidit prius, quam sam discere cœpit.

Et monet Festus, similiter dixisse Enniũ in sextodecimo,

Quo res sapsa loco sese ostentatque, iubetque.

*

Pag. 74. *Maxime Teu. . . . . nunquam.*] Putavit Scaliger, esse ex Pacuvij Teucro. Idque, uti ego conjecto, non alio compulsus argumento, quàm quia hic Teucri mentio fiat; & Teucrum tragœdiam scripserit Pacuvius. Nempe non occurrebat summo viro Maronis illud octavo magni operis:

Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam.

Quem

Quem locum fuisse à Festo adductum, & res clamat, & Farnesianæ schidæ dubitare neminem sinunt.

*

Inscitiâ, ferocitate, atque ferociâ.] Ita Scaliger emendabat. Et invenimus hanc scripturam in antiquissimâ edit. Mediolanensi. In Aldina verò, atque aliis, legitur: *Nisi citia ferocitate atque ferocia.*. Sed apud Festum in *Redhostire*, ac Nonium in *Hostire*, ibidem ex Pacuvij Teucro hæc citantur:

- Nisi coerceo
Protervitatem, atque hostio ferociam.

Cui loco ille antea adductus adeo est similis, ut cū eruditissimo Mercero, ex hoc eum corruptū esse, planè arbitrer.

*

Mihi classem imperat Thessalam,
Nostramque in altum ut properiter deducerem.] Si post *imperat* dispescas, sequens versus sit trochaicus. Sin ex iambico esse malis, sic traiice, *Mihi Thessalam classem imperat.*

*

Non illic luteis Aurora bigis.] Post *luteis* divide, cum ex jambico hoc sit fragmentum.

ADDENDIS.

ANTIOPA.

*

Pag. 75. *Capite brevi, cervice anguinâ, adspectu truci.*] Ita Mssi & editi. vti & mox,

Non intelligimus, nisi apertè dixeris.

Vtrobique neglecta σωλοικοφυή. Nisi scribendo *& adspectum*, item, *intelligimus te*, vel simili ratione, medearis versui.

*

Pag. 76. *Amphionem & Zethum Euripides, & apud nos Pacuvius,*

vius, Iovis ex Antiopa, Nyctei filia, ait natos, cantando coluisse armenta vocare.] Ita est & in Fabricianâ Servij ac Probi editione. Sed scripserat Probus, *Iovis ex Antiopa, Nyctei filia, natos, ait cantando potuisse armenta vocare.*

DVLORESTE.

*

Pater Achæos, in Caphareis saxis pleros perdidit.] Apud Priscianum in Veneta veteri est, *Capharei saxis*, quod vir eruditus malebat. Sed *Caphareis* est in Mso meo, ac nihilo deterius est. Nam similiter dixit Propert. lib. III.

Saxa triumphales fregere Capharea puppes.

*

Alterum quoque huic fragmentum adde, quod ex Duloreste Pacuvij citat Nonius in *Incertat*:

- *Sed ne incertat dictio, quam rem expedi.*

Ita est in Mssis, & editt. antiq. Emendo,

- *Sed me incertat dictio, quare expedi.*

HERMIONA.

*

Pag. 77. *Ibo atque dicam, frequentes ut eant gratatum hospiti.*] Ob metrum scribe, *Ibo ac.*

INCERTIS TRAGOEDIIS.

*

Fortunam insanam esse, & cæcam, & brutam, perhibent Philosophi, &c.] Aliquid de hisce versibus diximus ad Hermionen Pacuvij: quò retulerunt viri docti, copulsi duobus extremis versibus, qui sunt de Oreste mendico. Nunc cætera persequamur. Versu secundo provocabulũ *illam* abest à vett. libb. Eoque non asperner:

Saxoque instare globoso prædicant volubilem.

Vt

Vt porrecta sit ultima in *instare* ob vocem sequentem, quę à duabus consonis incipit. Vel potiùs legendum,

Saxique instar esse globosi prædicant volubilem.

Nempe illud *instare*, corruptum ex *instar esse*. Nam disertim, testante Grutero, in Mssis Germanicis legitur,

Saxique instar globosi esse volubilem. Versu tertio invenio in vett. libb. *Quia quo.* ut rectum putem, *quoquo.* Puta hoc pacto,

Quoquò saxum impulerit fors, eò cadere fortunã autumãt.

Sin *Ideo quò* malis, scribe *cadere eò*, ob numeros. Maximè verò de mendo suspecta sunt sequentia:

Sunt autem alij philosophi, qui contrà fortunam negent
Miseriam esse ullam sed temeritate omnia regi.

Vbi mirè sudant, viri doctissimi. Placet vero Grotiana emendatio:

- Qui contra à Fortunâ negent
Miseriam esse ullam, sed temeritate omnia regi-

Nam opponit poëta Fortunam, & temeritatem. Vnde mox colligit, quia naufragio quis factus sit mendicus, temere quidem id contigisse, at non obtigisse fortè fortunâ. Nihil, meo judicio, verius certiusque. Versu etiam penultimo, fidem Palatinorum quatuor codicum secutus, scribo;

Velut Orestes modò fuit rex, factu'st mendicus modò.

Malim & illud *nempe* prioribus coniungere in hunc modum,

Naufragio res contigit nempe: ergo haut fortuna obtigit.

Vel scribe:

Naufragio res nempe ista obtigit. Quando in quibusdam etiam Mssis invenias: *Naufragio nempe res istâ contigit.* At longius à Mssis abit, quod è suorum varietate eruebat Guilielmius:

Naufragio contigit. Ergo haut fortè, aut fortuna obtigit.

*

Pag. 78. *- Piscium lasciviam*
Intuerentur, nec tuendi satias capere possi.t.] Ita emendavit maximus Gruterus, qui & primus latentes hic numeros sagaciter est odoratus.

Segregare abs te ausus, aut sine illo Salamina ingredi,
Neque paternum adspectum es veritus?] A Telamone hæc in luctu filij dici, Cicero ipse ait. Quare, & hoc, & sequens fragmentũ, jure suprà ad Teucrum relatum fuit.

*

Pag. 79. Quin etiam *feræ*, inquit Pacuvius, *quibus abest ad præcavendum intelligendi astutia, sibi iniecto terrore mortis horrescunt.*] Pacuvij quidem est trochaicus iste:

Quibus abest ad præcavendum intelligendi astutia.

Sequentia verò sunt Ciceronis.

*

Pag. 80. *Flexanima tanquam &c.*] Vide, quæ ad Teucrum dicta.

*

Graiugena de isto aperit ipsa oratio.] Qui ex secundo de divinat. citant, decepti sunt à Rob. Steph. in Collect. Fragment. Est enim in secundo de Nat. deor. Mirum verò in omnibus Tullij codd. ita legi, uti hic expressum. Vera enim absque dubio est emendatio ista Hugonis Grotij:

Graiugenam ted esse aperit ipsa oratio.

*

Cedo tamen pedem limfis flavis flavum ut pulverem.] Et hoc de loco suprà dictum.

*

Ego odi homines ignavâ opera, & philosophâ sententiâ.] Ne in trochaicum metrum pecces, sic elegantem hanc γνώμην digere, *Ego homines odi i. o. e. p. s.*

*

Nam si qui, quæ eventura sunt, provideant;
Æquiperent Iovi.] Numerorum gratiâ sic potiùs digere:

- *Nam si qui, quæ eventura sunt,*
Provideant; æquiperent Iovi.

Quam-

Quamquã pro *æquiperent*, uti est in omnibus libb. malim *æquiperem*. Talem, inquit, Iovi ipsi æqualem, & parẽ putem.

*

Pag. 81. *Filios sibi procreasse eandẽ per Calypsonem autumant.*] In Charisio, itemque Prisciano, post *procreasse* insertum τὸ *dicitur*: neque id solum in nuperis editt. sed etiam vett, atque adeò Mssis. Non dubium tamen, quin sit ex glossemate. At ne eodem quidem reciso, sanus est locus: sed legi debet; *Filios tibi procreasse eandem Calypsonem autumant*. Trochaicus est, in quo *eandem* κατ' συνίζησιν effertur.

*

Exhalat auram terra, atque auroram humidam.] Pro *terra*, *tetram* conjectabat Scriverius, quod probo. Sed quid est *exhalare auroram*? Puto planè vocem *auroræ* irrepsisse ex eo, quod *aura* antecessit. Quemadmodum & pro *humidam* malo *humectam*: prout est in editione Vertranij. In Mediolanensi veteri, uti & Romanâ Antonij Augustini, utrumque legas, *humidam humectam*. Sed *humidam* quoque ex glossemate irrepsit. Vera igitur lectio fuerit,

Exhalat auram tetram atque humectam -

Vel, *Tetram exhalat aur. a. h.* Quando in Mediolanensi est iste ordo verborum, *Terra exhalat auram*.

*

Pastor excurso iubare, noctis decurso itinere] Pastoris vox additur à Varrone lib. v. de L. L. idque etiam in edit. Mediol. & Ald. Sed lib. VI. omittit, quod & facit Iunianus. Et absque ea justus fuerit senarius. Atque, ut antecesserit, non tamen proximè cohæsit.

*

Calydonia altrix terra exuberantium virûm.] Malim *exuberantûm*, ob metrum. Ad Atalantam referebat Delrio.

*

(Æges) ferme aderant æquore in alto ratibus repentibus.] Anapæstici sint:

- Ferme aderant
Æges æquore in alto ratibus
Repentibus - Sed potiùs ex jambico fuit, ut extremo ad Dulorestem loco vidimus.

*

Nulla res neque
Cicurare &c.] *Neque* ab aliis abest.

*

Pag. 82. *Educ, i, manticulator, ita me facti oppressit iugo.*] Hanc lectionem eruit Scaliger, cùm prius legeretur, etiam in Pomponij Læti schedis: *Medici* (vel *Modici*) *manticulatur. . . . ,ta me facti oppressit iugo.*
Sed quanto verisimilius Hugo Grotius emendabat:
Mendicus, manticulator, ita me fati oppressit iugum.
Et videtur ea dixisse Orestes, de quo idem Pacuvius ait:
Velut Orestes modò fuit rex, modò mendicus factus est.

*

Machinam ordiris novam manticulatam astu . . .
Sanctiora adigis iuranda iura, quibus cotidie
Parvæ noxæ extergeantur —] Versu primo in Pomponij Læti schedis erat, *manticula tactu.* Vnde, qui eas edidêre, legendum conjectant, *manticulæ tactu.* Quasi de iis sermo sit, qui, ut, Festi utar verbis, *furandi gratiâ manticulas attrectabant.* Sed ita parum hæc cohæreant cum sequentibus. Scaliger reponit *manticulatam astu . . .* Proximam verò particulam *an* (nam sequitur in omnibus libb. *an sanctiora*) idem delebat. Atqui facit ea ad eruendam lectionem veterem, si, quod mihi videtur, *astu, an,* corruptum est ex *astutiam,* Sed ne sic quidem versum suppleveris, nisi insertâ copulâ legas *manticulatamque.* Vel, absque ea, *manticulatoriam* scribas. quod κατὰ συνίζησιν efferri metrum requirit, cum versus sit trochaicus:
Machinam ordiris novam, manticulatoriam astutiam.
Quomodo si scripserat Pacuvius; *manticulatoria astutia* sit, quali utitur manticulator, sive manticularius, ut vocat Tertullianus in Apologetico.

Sed

Sed fortaſſe iſta, *Quibus quotidianæ notæ extergeantur*, ex altero Feſtus argumento adducit. Atque ita vera lectio videri poſſit:

Machinam ordiris novam, manticulatam aſtu, ac adijcis
Sanctiora iura iuranda --

Nam cùm non tantùm in antiquis editis, ſed Farneſiano quoque ſit, *An ſanctiora dicis iuranda*; fortean ex *an* factum *ad*: ex *dicis* item *adijcis.*

*

Sed cùm contendi nequitum vi, clam tendenda eſt plaga.] In vett. libb. τὸ *vi* abeſt: ſed legitur, *ut clam*, quod ex priori corruptum. Præterea librarius poſt *nequitum*, ultimam repetere neglexit. Nam Trochaicus eiuſmodi fuit:

Sed cùm contendi vi nequitũ, tum clam tendenda eſt plaga.

Quale quid etiam Scaliger voluit ad Feſtum. Nam quod nunc ibi legitur vulgo, non Scaligeri, ſed librarij eſt error.

*

-- *Promerendæ gratia*
Simul cùm videam &c.] Ad Chryſen de hoc dictum.

*

Pag. 83. *Topper tecum ſit poteſtas, faxit ſi mecum velit.*] Lubens reſcribam:

Topper tecum ſit poſtidea faxim, ſi mecum velit.

Nam ſive *Topper* hic valet *fortaſſe*, ut cenſet Feſtus: ſive *citò*, ut ferè ſumitur: huiuſmodi ſententia erit, dummodo nunc ſit mecum, poſtea tecum ut ſit, effectum dabo.

*

Si Priamus adeſſet, & ipſe eius commiſereſceret.] Diximus de eo ad Duloreſtem.

*

Pag. 14. *Volucri currit axe quadrigæ.*] Fortè,

Volucri curritur axe quadrigæ.

Vt ſit anapæſticus. Etſi & aliter poſſis.

*

Agite, ite, volvite, rapite, comâ tractate per
Aspera saxa & humum, scindite vestem ocius.] Fortè, ut senarij sint, scribendum:

Agite, ite, volvite, rapite, comâque trahite
Per aspera saxa & humum, scindite vestem ocius.

*

Voce suppressâ, innato fronte, vultu turpido.] Vidimus de hoc initio Dulorestis.

*

Pag. 85. *Quæ te applicavisti tamen ærumnis obruta.*] Ita à Putschio editum est in Prisciano. Sed in Ms. & veteri Venetâ, invenimus, *tam ærumnis obruta.* Atque id tum metrum, tum sententia exigit.

*

Pag. 86. *Multa apud poëtas reliqua esse verba, &c.*] In illustri hoc Varronis loco duodecim poëmata commemorãtur: sed duobus duntaxat, auctoris nomen adscribitur: primo, quod est è Nævij Hesionâ; & decimo, quod est è Pacuvij Tarentillâ: unde aliquis existimare possit, in ijs, ubi poetæ nomen reticetur, illud, quod antecessit, ἀπὸ κοινοῦ repeti debere. Persuasum id fuit viris aliquot doctis, qui iccirco à Nævio Dulorestem scriptam putarunt, cuius tertio hic loco meminit Varro. Atqui rectè si colligunt, etiam Carmen de bello Punico fecerit Pacuvius, quia post nominatam eius Tarentillam locus adducitur è bello Punico, poëtæ nomine non expresso. At hoc nemo sanus dixerit. Quare putamus, quando de poëmatis scriptore constaret, nomen eius à Varrone esse omissum: soli verò Hesionæ, & Tarentillæ adiectum esse διακριτικῶς, quia alius etiam eius nominis fabulam dedisset. Nam, præter Pacuvij Tarentillam, fuisse alteram Nævij, plurima ostendunt fragmenta, quæ inde Charisius adduxit. Quare ita statuimus, quæ ex Duloreste hîc citat Varro, ea esse ex Pacuvij Duloreste. Nam Nævianam nemo veterũ laudat: &

ex Pacuvianâ esse, illud præterea confirmat, quod versus iste, quem ex Pacuvij Duloreste adfert Nonius, sanus atque integer fuerit, si hoc pacto legas,

Voce suppressâ, caperatâ fronte, vultu torpido.

Vbi nunc in vulgaris, & metro invito, & sententiâ nullâ, legitur, *innatâ fronte.* Neque aliquis obiectet, pluseulum abire eam lectioné à veteri literarũ ductu. Nam si *caperatæ* vocem, ut insolentem, Varro ipse notârit; credibile sanè est, juniores addidisse glossema, quod postea in germanæ scripturæ migrarit locum. Glossema illud fuerit *irata*, vel *rugata*, vel, *irritata*. Nam nihil horum valdè abit ab *innata*, quod inde postea corruptum fuit. Quamquam verò hoc nobis verius videtur: tamen, quia non eadem omnes probare solent, alteram etiam conjecturam proponemus. Quid si concedamus, & à Nævio, & à Pacuvio, Dulorestem scriptam esse: ac in Nævianâ quidem fuisse *caperatâ fronte*: in Pacuvianâ autem fuisse *rugata*, quomodo *rugosam frontem* Martialis dixit, *rugatam testam* Plinius. Vel etiam *irritatâ fronte*, quando frontem caperare irati solent. Et de isto satis. Quod ad locum ex Tarentillâ, etiam Stephanus, cum ut Pacuvianâ prius posuisset, *ab luce inlustre*, mox adjungit, *ab luce* esse verba Varronis, qui hoc solum dicat, Pacuvium a luce *inlustre* derivare. Et nihil certius.

*

Pag. 87. *Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitru, rudentisibilus.*] Verba illa *Hic tibi*, judicio meo, Cælij sunt, non veteris poëtæ. Etiam pro *tonitru*, in veteribus libb. est *tonitruum*, quomodo si veteres dixêre, ex iambico petitus fuerit locus :

- Strepitus, fremitus, clamor, tonitruum,
Rudentisibilus.

*

Qui apud te, quasi servos, est caniceum panem.] Senatius sit :

Qui apud te panem, q. s. e. c.

Nisi à *canica*, *canicaceus* malis. Et ita citavit etiam in Thesauro

ſauro ſuo Robertus Stephanus. Quare verius fortaſſe,

Qui apud te panem eſt, quaſi ſervos, canicaceum.

Non videtur autem è tragœdia eſſe. Imò quid ſi ne Pacuvij quidem ſit? Nam primus eſt R. Stephanus, apud quem legerim: quem Scaliger ſecutus. Mirum verò Stephanum fragmenti eius meminiſſe in Lexico; in Collectione fragmentorũ, ubi proprius ei erat locus, non item. Atque hoc ſuſpicionem meam, quam dixi, auget.

PSEVDONE.

*

Niſi ego te blaterantem adſpicerem, his nuncium indicaſſem.] Puto ante *nuncium, nunc* excidiſſe, ob ſimilem ſyllabam ſequentem. Præterea opus traiectione, ut ſit verſus quadratus:

Ni ego te blaterantẽ adſpicerem, his nunc indicaſſem nunciũ.

Vel, ut ex iambico ſit, ſcribe,

-- *Ni te ego*
Blaterantem adſpicerem, his indicaſſem nuncium.

ψευδῶς verò Pacuvij Pſeudonem laudat obſcurus iſte Fulgentius. Nec ſi eam ſcripſit, huius ſit loci. Nam comœdiam idem ille vocat Fulgentius. Suſpicor potiùs Pacuvij nomen eſſe corruptum: eo magis, quia & alibi id factum. Vti apud Diomedem lib. III. cap. eo quod de pedibus metricis inſcribitur: ubi in vett. editt. verſus quidam Pacuvio tribuuntur, qui nihil minus quàm Pacuvij ſunt. Et ſanè in Mſsis invenitur *Paconii*, uti & Helias Putſchius impreſſit. Facilè autem aſſentiam doctiſſimis viris, qui *Paconius* ex *Varro Atacinus* corruptum putant. Cui eos verſus, ſed limatiores factos, tribuit quoque Scaliger in Catalectis Virgilianis. Cæſarius, qui Criticam falcem in Diomedem primus immiſit, cum Pacuvij nomen in libris ſuis inveniſſet, & videret verſus, qui citabantur, eſſe corruptiſſimos, planè ſcriptoris nomen cum verſibus reſecuit; atque eorum in locum ſubſtituit aliqua de fonte Maronis. Quæ intoleranda in venerandam antiquitatem audacia, nõn tam laudari, quàm pipulo differri meretur.

Nihilo-

*

Nihilo magis è tragœdia est ſequens fragmentum:

Non ego ſic fui, ut nunc ſunt, meretrices diobole,
Quæ ſuam vel nummi cauſsâ parvipendunt gratiam.]

Non dubito autem, quin rectè emendarim:

Non ego ſic fui, nunc ut ſunt diobolæ meretriculæ.

*

Ita ſcptuosè dictio, &c.] Vide, quæ ad Livij diximus Antiopam.

*

Hactenus de Fragmentis è tragœdijs Nævij & Pacuvij. Quibus nunc mantiſſæ loco aliquid de utriuſque epitaphio adjungã, quando uno utrumque loco etiam Agellius conjunxit. Ac Nævius quidem, ut nobilis ille Grammaticus ait, tale ſibi epitaphium ſcripſit, ſuoque ſepulcro incidi juſſit:

Immortales mortales ſi foret fas flere,
Flerent diuæ Camœnæ Nævium poetam.
Itaque poſtquam Orci traditus eſt theſauro
Obliti ſunt Romæ linguâ Latinâ loquier.

Duos poſteriores verſus, ut, ſuperiorum inſtar, Saturnij ſint, ita concinnabam:

Itaque poſtquam eſt Orcivo traditus theſauro,
Obliti Romæ loquier ſunt linguâ Latinâ.

Propter hoſce verſus Nævium Campanæ ſuperbiæ reum agit Agellius. Atqui quid habet, unde veriſimile faciat nobis, Nævium potiùs, quàm alium, eos verſus feciſſe? Nihilo magis eidem credo, cum Pacuvianum epitaphium à Pacuvio ipſo ſcriptum eſſe arbitratur. Eius primum verſum ſic edidit Henricus Stephanus:

Adoleſcens tametſi properas, hoc te ſaxum rogat.

Sed cùm ſequentes ſint ſenarij, etiam hunc ſanè talem eſſe convenit. Eoque lego:

Adoleſcens, tametſi properas, ſaxum hoc rogat.

Vel hoc pacto :

Adoleſcens, tametſi properas, ſaxum hoc te rogat.

Nam *tamenetſi* quidem probum eſt, & vetus: ſed in pleriſque libris pro eo *tametſi* legas, quod hic κατὰ συνίζησιν fiet δισύλλαβον.

Quod autem de Nævij & Pacuvij epitaphio diximus, idem de Plautino dictum puta; etſi & illud Plautum habere auctorem, perſuadere nobis idem Agellius conetur. Nempe non aliâ de cauſsâ, quàm quia Varro Plautinum vocet. Quaſi Plauti dici non poſſit, quod alius honori ac memoriæ Plauti fecerit. Sed Agellio inſolens non eſt errare in talibus: quando idem lib. II. cap. XVII. Epictetum de ſe ſcripſiſſe id diſtichon dicat, quod à Leonida ſub Epicteti perſonâ eſſe factum, ex Anthologiâ ſcimus.

CASTIGATIONES ET NOTÆ IN L. ATTII Fragmenta.

ACHILLE.

*

Pag. 89. *Ne tum cum fervat pectus iracundiâ.*] Fruterius, *Nedum, cùm.* Nec diſplicet.

ÆGISTHO.

*

Neque fera hominum pectora frageſcunt, donec vim perſenſerint imperij.] *Frageſco,* vel *fragiſco,* ex eo, quod veteres *frago* dixere, unde *fragor,* ut ſupra dictũ. Verſus Attii ſic digere:

- Neque fera hominum
Pectora frageſcunt, donec vim perſenſerint
Imperij -

*

Heu cuiatis ſtirpem penitus ſtigi ſtudet.] In omnibus libb. pro *penitus* eſt *funditus.* Vt ſit trochaicus, cui primus deſit pes. Sed in aliquibus præterea pro *cuiatis* eſt *civitatis,* ut fortaſſe ex jambico ſit.

*

Meliùs, quàm viri, callent mulieres.] *Callent* initium novi eſt jambici.

*

Celebri gradu greſſum adcelebrâſſe decet.] Sic numeris redde:

Gradu

Gradum celebri gressum adcelerâsse addecet:

Vel cum Scaligero,

Celebri gradu gressum adceleravisse addecet.

ÆNEADIS.

*

Patrio exemplo & me dicabo, atque animam devorabo hostibus] Scribe, vt sint trochaici quadrati:

-Patrio

Exemplo dicabo me, atque animam devotabo hostibus.

Devotare, vt rectè hic emendant, est *devovere*. Vsi etiam Appuleius, & Bibliorum interpres. Sed & istic similiter corruptè pro eo *devorare* legitur, vt iam alijs observatum.

*

Vim Gallicam obduc contrà in acie, exercitu-

-Ve patrum hostili fusum sanguen sanguine.] Ita est in Aldinâ, Iunianâ, Mercerianâ. Sed vide, an non feliciter emendet H. Grotius:

Vim Gallicam obduc contrà in aciem, qui expiet

Paternum hostili fusum sanguen sanguine.

*

Et nunc quod eorum segnitas credet focus.] Lipsio placet:

Et nunc, quæ eorum segnitas, ardet locus.

*

Fateor, sed sæpè ignavit fortem in spe exspectatio] *Fateor* ad superiorem pertinet versum.

*

Gallei voce canorâ fremitum &c.] Anapæstici sunt:

Gallei voce canorâ, ac fremitu

Peragrant minitabiliter.-

Sive, vt Fruterius malebat,

- Gallanti voce, canoro

Fremitu, perag. m.

Verbo

Verbo *gallare* semel iterumque usus Varro Eumenidibus: uti verbo *gallulare*, Nævius Exodio. Nonium vide.

*

Castra hæc vestra est, optimè essit meritus à nobis.] Ita Ald. & aliæ. Fortassis scribendum, *Optimè est is meritus de nobis.*

*

Di summa tibi perduellum est, quorũ, aut quibus se à partibus
Gliscunt-] Ita est in Aldinâ. Sed in Venetâ Pincij est *dissumam*. Longiùs etiam abit Mediol. *Dissumam tibi perduellum est, è quorum, aut quibus se apertius gliscunt.* At Iunianus Maius hoc pacto: *Dissiminia tibi per duellum est. Quorum a. q. s. a. p. g.* Sanè locum esse corruptissimum, liquet. Clarissimo Scriverio non displicebat,

- Dis summatibus
Perduellum est, quorum auguriis gliscunt sese à partibus.

Vt sensus perfectio à sequentibus pendeat, uti in multis aliis fragmentis. Tentabimus, an medicinam aliter facere possimus. Ac primùm illud ex Prætextatæ huiusce inscriptione scimus, actum eâ esse de P. Decio, qui, cùm Gallorum aciem sustinere non posset, præeunte verba sollemnia M. Livio Pontifice, Dis manibus caput suum devovit: ac deinde (Livij verba sunt lib. x.) *quà confertissimam cernebat Gallorum aciem, equum concitavit, inferensque se ipse infestis telis interfectus est.* Censeo igitur Decium post exsecrationem sui quærere, quâ parte maximè violentia hostium grassaretur: mox secutum patris exemplum, ac (quemadmodum de Decio Mure Romanus scriptor ait) *in confertissima se hostium tela iaculatum, ut novum ad victoriam iter sanguinis sui semitâ aperiret.* Quæ sanè si ita sunt, ut mihi quidem persuasi, non infeliciter puto corrigebam hocce pacto:

Vis summa est ubi perduellũm? quorũ aut quibu' se à partibus
Gliscunt? - Vel, *quibus à partibus.*

*

Pag. 91. *Nihil neque periculi est, neque tumulti, quod sciam.*] *Nil neque pericli.* Senarius est.

AGA-

AGAMEMNONIDIS.

*

Corruptè quidam, etiam Iunianus Maius, *Agamemnonibus:* quos & H. Stephanus secutus. At *Agamemnonidæ*, rectè est in Mssis, etiam Med. Ald. alijs.

*

Inimicitias Pelopidarum exstinctâ iam obliteratas memoriâ renovare.] In aliis est: *Exstinctas iam, atque oblit.* Scribe igitur:

- Inimicitias Pelopidûm
Exstinctas iam, atque obliteratas, memoriâ
Renovare.

Sed Clarissimus Scriverius *Pelopidarum* retinebat, ac putabat, verba ista prosæ magis, quàm tragœdiæ, convenire. Vnde & conjectabat, esse ea ex præfatione seu epistola; quam à Tragicis præmitti solere; locuples, & omni exceptione major testis est, Valerius Martialis; qui cùm secundum Epigrammatum librum Deciano mitteret, ita ipsum in limine loquentem inducit: *Quid nobis, inquis, cum Epistola? Parumne tibi præstamus, si legimus Epigrammata? Quid hic porrò daturus es, quod non possis versibus dicere? Video quare Tragœdi epistolam accipiant, quibus pro se loqui non licet. Epigrammata curione non egent, & contenta sunt suâ, id est malâ linguâ. In quacunque pagina visum est, epistolã faciunt.* Quid apertius hinc, quã (uti inde idem amicissimus vir observavit primus) tragœdias epistolâ muniri solere, quæ versibus scripta non esset? Et videntur huic sententiæ favere varia fragmenta, quæ, ut, nunc quidem leguntur, vel numeros habent nullos, vel non usitatos Tragœdijs. Tale est illud Pacuvij ex Teucro citatum: *Vbi poetæ pro sua parte falsa conficta canant, qui caussam humilem dictis amplant.* Huc etiam illud Andronici supra retulimus, *Scabra in legendo redivivosáve offendens.* Item illud eiusdem, *Argenteo polubro, & argenteo gutto.* Quæ ad descriptionem choragij videntur pertinuisse. Et simile isti est hoc Nævij, *Pallis, patagiis, crocotis, malacis, mortualibus.*

Cujusmo-

Cuiusmodi quis dubitet, vel ad epistolam, vel ad prologum referre? Vti & locum illum Ennij, quem ab eodem Scriverio ita legi superius monuimus:

Impetrem facilè ab animo, ut cernat Vitalem Bebium.

Prologos verò præmitti solere, etiam arguit locus iste ex Pacuvij prologo citatus:

Nunc pœnitebant, libant liberi grato ex loco.

Sed hoc fortasse inter epistolam, & prologum intererat: quod illa prorsa erat oratio, hic vincta, uti prologi Terentiani, quibus se tuetur contra adversarios.

*

Sic multi animus quorum atroci iunctus malitia est,

Composita dicta è pectore evolvunt suo, &c.] In vett. libb. est *sic multi*, vel *si multi*. Sed metrum particulam eam abnuit. Etiam pro *iunctus* in quibusdam, ac quoque apud Maium, est *vinctus*. Vera igitur scriptura est:

Multi, animus quorum atroci vinctus malitiâ est.

ALCESTIDE.

*

Cùm strideret, retracta rursus inferis.] Satis liquet, *stridere* hîc dici de vmbra Alcestidis. Quomodo Lucanus lib. VI. ait,

Auribus incertum feralis strideat vmbra.

Et Papinius IX Theb.

Stridebit vestros Tydeus inhumatus ad ignes.

Atque hoc etiam Delrio observat. At non rectè idem *strideret* potiùs legere jubet, quàm *striderat*. Nam citat Priscianus, ut probet *stridi* in præterito dici. Eoque vel *striderit* ex veteri Venetâ, vel potiùs ex Mso *striderat* reponendum. In eodem Mso meo est *Retracta rursus ab inferis*: meliùs quàm in Venetâ,

- *Cùm striderit,*

Retracta rursus infelix -

Neque enim hoc nomine infelix dici potuit Alcestis, quòd eam Hercules, motus pietate illius erga maritum,

ab

ab inferis reduceret.

ALCMÆONE.

*

Tanta ut frustrando lactans vanans protrahit.] Ita Ald. Sed Ms. & Mediol. & Iun. Ma. *protrahas.* Puto scripsisse:

Tantum ut frustrando lactans, vanans protrahas.

*

Pag. 92. *Quod di interdum inferam penitus depressum altis clusêre specis.*] Ita Ald. nisi quod in ea est *Quid*, ubi in Msis *quod.* Sic verò legendum:

Quod Di ted infernis penitus
Depressum altis clusêre specis.

Vel si *interpressum* magis placet (quod est in plerisque Mssis, item in edit. Mediol.) scribe hoc pacto:

Quod di infernis interpressum
Altis penitus clusere specis.

*

Quia nec vos, nec illi impunè irriderent meam
Grandævitatem -] *Quia* ad præcedentem versum refer. Malim &, *ille impunè irrideret.* Vt etiam est in editt. antiquis, & Mercerianâ.

*

Suos deseruit liberos superstites sunt.] Ita est in Mssis, & editis. Sed illud *sunt* aliunde irrepsit. Credo ex eo, quod in libris nonnullis *suos* in extremum locum esset rejectū.

*

Qui ducat cùm te socerum viderit, &c.]

- *Qui ducat, cùm te socerum viderit,*
Generibus tantam esse impietatem -

Quis, inquit, huiusmodi socero credat esse tales generos, sive, ut veteres esse locutos hoc testimonio Nonius probat, tales generes?

Vt me

*

Vt me repositum immerentem repentino nuncio alacrem
Reddidisti, ac me excitâsti ex luctu in letitudinem.] Priora ita emendabat Palmerius,

Vt me depositum, ac mœrentem -

Addo ego, post *immerentem* facili errore *tam* excidisse. Etiam scribo *repente*, ut sit jambicus:

Vt me depositum ac mœrentem tam repente nuncio.

Posteriorem versum, ut itidem trochaicus sit, ita concinnabam,

Alacrem reddis, excitasque ex luctu in lætitudinem.

Vel potiùs,

Reddisti alacrem, ac me excitasti ex luctu in lætitudinem.

Quod propius à libris abit.

ALPHESIBOEA.

*

Pag. 93. *Sed angustitate inclusam, ac saxis squalidam.*] Lego, *Se angustitate.* Vt senarius sit.

*

- *Etsi est malis*
Depositus animus meus, qua scribi exinde audiet.] In Mso pro *scribi* est *scibo*. Lego - *quæ scibo, ex me audiet.* Sive, ut in aliis est, *audies*. *Meus* tanquam unius syllabæ effertur. Nam senarius est.

*

Ita territa membra
Animo ægroto
Cunctant sufferre laborem.] Num heroici fuêre?

- *Ita territa membra*
Ægroto cunctant animo sufferre laborem.

An anapæstici potiùs?

Membra ita territa cunctant animo
Ægroto sufferre laborem.

*

Cùm ipsa sim, & miseritudo eorum ulla est liberûm.] In Ald. leg. *est ista liberûm.* Videor autem mihi non infeliciter hunc locum emendâsse:

- Cum ipsâ siet?
Miseritudo meorum est ista liberûm?

Vt dicantur ista, sive ab Alphesibœâ, postquam maritus Alcmæon duxerat Calirrhoen, Acheloi filiam: sive ab ipsâ Calirrhoe, quæ, marito monilis ergo ad Alphesibœam profecto, credebat eum pristinis se amoribus oblectare. Ita per *liberos* intelligere oportebit Amphoterum, & Acarnanem, quos Alcmæon ex Calirrhoe genuit.

*

Si tui veretur te progenitoris, cedo.] Trochaicus est defectus ultimis duabus syllabis. Nisi malis, *Si tui*, pertinuisse ad versum præcedentem.

*

Odiorum hostificumq; diem obvium turbam aspecti atque horribilem.] Locus corruptissimus. Quem sic corrigo:

- ô dirum,
Hostificumque diem! ô terribilis
Adspecti, atque horribilis! -

Vel hunc in modum:

- Odiosum,
Hostificum, dirum, terribilis
Adspecti, atque horribilis!

AMPHITRYONE.

*

Si satis rectè, aut verâ ratione augurent.] Scribe, *Si rectè satis*, ut sit senarius.

*

Hoccine est, quod tu tam temeriter meam benevolentiam Interiisse es ratus?] Cùm hoc ex Nonio fragmento conjun-

conjungunt iſtud ex Feſto: *Aut tam obſtinato animo confiſus tuo.* Sed nec ſententia ſic ſatis commodè cohæret; nec metrum ea jungi patitur, niſi pro *confiſus* ſcribas *fiſus.*

*

Pag. 94. *Cedo, ecquid te redhoſtitum cum meâſſem obiectet facilius.*] In chartis Farneſianis eſt, *Cedo ecquid te redhoſtitium, cùm eas ſem obiectet facilius.* Vt vera videatur lectio:

Cedo, ecquid te redhoſtit, ut cum eâ ſe oblectet facilius?

Qui octonarius eſt. Et videntur verba fieri ad Mercurium, cùm ſervili ſchemate Iovi ſubſerviret, quò is faciliùs animo ſuo obſequeretur, Alcumenam complexus.

*

Quid hic redhoſtit viam: comitem obiet facilius.] Ita eſt in pleriſque membranis Nonij, uti & editione Mediol. unde Mercerus tentabat,

Quid hic redhoſtit? an quò me tembtet facilius?

Aliis aliud videtur. Sed, aut valde me ratio fugit, aut planè hic idem eſt locus, ac ille, qui antea ex Feſto adductus fuit. Tantùm Nonius quædam initio truncavit. Nam ſequentia ſi ſpectemus, apud Feſtum eſt, *Quid te redhoſtitum:* apud Nonium, *Quid te redhoſtit viam.* Apud Feſtum, *Cum meâſſem obiectet facilius:* apud Nonium, *Cometem obtet facilius.* Et, quod amplius eſt, uterque locus citatur ex Attii Amphitryone. Quare dubium non eſt, quin idem ſit locus; ac propterea, ſi verum eſt, quod de Feſti loco dicebamus, in Nonio quoque legi debet:

Ecquid te redhoſtit, ut cum eâ ſe oblectet facilius?

Qui octonarius jambicus fiet, ſi ex Feſto *Cedo* præmittas.

*

An malâ ætate mavis malè mulcari exemplis omnibus?]

Sic reſtituebam,

- Ætate an malâ
Malè à me vis mulcari exemplis omnibus?

*

Quin meum senium cum dolore tuo coniungam, & comparem.] Nihil numerorum caussâ mutandum. Nam trochaicus est, in quo *meum*, & *tuo*, συνίζησιν patiuntur.

*

Sed quænam hæc est mulier, funestâ veste, tonsu lugubri?] Octonarium hunc cæsuræ ergo ita fuisse scriptum arbitror, *Sed quænam hæc mulier est.* Vel omitte *τὸ est*, ut trochaicus fiat; quod verius puto.

*

Ne si forte paullò, quàm tu, veniam seriùs.] Ita quidem legitur in antiquis editionibus. Sed in schidis Farnesianis particula *ne* abest. Et absque ea fuerit justus senarius. Irrepsit autem ex repetitione ultimæ syllabæ, quæ proximè antecessit. Nam citatur locus iste ex Amphitryone. Scaligero verò assentio *secius*, vel *sequius*, legenti. Nam nihil attinebat monere, à *serò serius* dici, quod norunt, qui necdum ære lavantur.

*

Tametsi statuæ gracilitudo, & propemodum luctus facit,
Ne dubitem] Pro *tametsi statuæ*, vel lege *tamenetsi tua*: vel, quod minùs à vestigiis veteris scripturæ abit, *Tamen ista tua*: prout ante nos Had. Iunius edidit. Est trochaicus quadratus.

*

Cum patre parvos patrum hostificè
Sanguine sanguen viscere suo.] Placet,
Cum patre parvus parat hostificè
Sanguine sanguen miscere suum.

*

Pag. 65. *Hæc malos annos multosq; longinquè ab domo.*] Vide, quæ de hoc, & sequenti fragmento, notavimus ad Ennij Andromache-molottum.

Pag.

*

Pag. 96 *Cùm ninxerit cœlestium molem mihi.*] Ita quoque est in meo Ms. & veteri Venetâ. Sed magis placet Grotij emendatio,

Cùm ninxerit cœlestium molimine.

*

Namque ut dicam te metu , aut segnitate addubitare , haut meum est.] Sic numeris reddo:

- *Namque ut te metu,*

Aut segnitate dicam addubitare,haut meum est.

*

Nam postquam parvos oppressit famulitas.] In omnibus libris est *parvos vos:* nisi quod in Mediol. literæ unius perperâ repetitione,editum *parvos suos.* Nec illud *vos* sollicitari debet, cùm & sententia admittat, & metrum requirat.

*

Quod beneficium haut sterili in segete,rex,te obesse intelligas.] Rectè *obsesse* emendant,quod valet *obsevisse.* Cuiusmodi syncope eo in tempore nihil est usitatius. Sic Nævius dixit *sumse*,Lucretius *decésse.* Silius *evâsse* , Ausonius *scripse*, alij alia.

*

Nec qui te adiutem, &c.] Vulgò legi solet:

Idem, *An pro me Dane quiete,&c.*

Vti quoque est in Ald. Sed legendum,

Idem Andromeda , Nec qui te , &c. Quod primus Cuiacius observavit. Sequentia sic scribi debent:

Nec qui te adiutem invenio, & hortari piget;

Non prodesse, id pudet.

*

Pag. 97. *Immine te habeat templum , obvallatum ossibus.*] In Mssis citatur ex *Antomedia.* Sed non Aldina solum, verùm etiam antiquior eâ Mediolanensis habet

Andromeda. Nec dubito, quin genuinum ſit, etſi pro vulgato hoc Mercerus *Antomedia* reponat. Pro *immane te habeat*, in Mso eſt, *Immanitate habet*; unde cum Clariſſimo Scriverio ſic corrige, *Immane tabet temp. o. o.*

ANTENORIDIS.

*

Namque huc venio, ut meâ ope opes Troiæ integrem.] Ita ex Hadr. Iunij emendatione à Mercero editum eſt. Sed in Ald. & Med. eſt *togæ integrem*, in Mso *Trogæ*, quod ex *Troiæ* corruptum. In iiſdem eſt, *Namque huc invenio.* Vnde colligo, ſic ſcribi debere, *Namque huc id venio.* Id eſt, propterea advenio. Et abſque illo *id*, non conſtabant numeri.

*

Fortaſſean ſint, quos hic non mertet metus.] Ita rectè eſt in Mssis, & Mediol. ubi Ald. *quod hic.* *Merto* pro *merſo*, ut *pulto* pro *pulſo.*

ANTIGONA.

*

Ne iſtum numerò amittas ſubitum oblatum] *Subitum* in omnibus libris invenio. Quid mirum? quando in iiſdem eſt *numerum* pro *numerò.* Nempe *numerum* pro ordine acceperunt librarij. Quare fortaſſe, ut pro *numerum* *numerò* repoſuerunt viri docti; ita etiam *ſubitò* pro *ſubitum* legi debet. Sententia autem eſt, ne amitte ſubitò, quod ſubitò ſe obtulit. Si amphimacrum addas in fine, trochaicum expleveris. Sed Scriverius pro *ſubitò* malebat *ſumito*, ut huiuſmodi fiat ſenarius:

Ne iſtum numerò amittas, oblatum ſumito.

*

Quid agis? perturbas rem omnem, ac reſupinas, ſoror.] In Mediol. & aliis, eſt *ſorori.* Vnde corrigunt, *ſoror i.* Sed

rectum est *soror*, ut senarius sit. Error syllabæ *ri* fortasse obrepsit ex initiali syllabâ sequentis vocis, *Ringitur*.

*

- Iam iam neque Dij regunt,
Neque profectò Deûm summus rex omnibus
Curat.] Ob cæsuræ defectũ arbitror, potiùs esse ex trochaico quadrato. Nempe ut dividas post *iam iam neque*.

*

Quanto magis te istiusmodi esse intelligo &c.] Sic digere:
- Quanto mage te istiusmodi esse intelligo,
Tanto, Antigona, mage me par est tibi consulere & parcere.
Initio deest sesquipes: quem sic supplere possis, *At quanto magis ted ist. e. i.*

ARGONAVTIS, sive potiùs MEDEA.

*

Fremebunda ex alto ingenti sonitu & spiritu.] In Mssis Ciceronis codd. & editt. vett. legas, *sonitu & strepitu*. Quod metro repugnat. Et hæc videtur esse caussa, cur mutarint *strepitu* in *spiritu*; quomodo & est in veteri edit. Prisciani. Sed fortasse scripserat Attius, *- sonitu atque strepitu.*

*

Ruit prolapsa, pelagus respergit, reflat] Ita est apud Priscianum. Sed in Ciceronis codd. pro *reflat* est *profluit*. Quid si *proflat* legamus? Saltem ita utrobique mutationis vestigium sit aliquod.

*

Ita dum interruptum credas nimbum volvier,
Dum quod sublime &c.] Fortasse legendum:
Ita ut interruptum credas nimbum volvier,
Aut quod sublime ventis expulsum rapi
Saxis, procellis vel globosos turbines
Existere ictos &c.
Sed neque sic mihi satisfacio.

ARMORVM IVDICIO.

*

Pag. 99. *Cur vetera tam ex alto appetissis dissidia, Agamemno?*] Proba vox est *appetissis*: sed hîc quidem *appetis* est in Mssis,& vett. editt. Et videtur ex similitudine vocis sequentis factum, quod nunc verbum illud syllabâ auctius est. Scribe igitur:

- Cur vetera tam ex alto appetis
Dissidia, Agamemno?

*

Cedit, Achilli inclutis armis vesci studet,
Vt ea cuncta optimè is levia præ illis putet.] Delrio legendum autumat:

Sed ita Achillis incluti armis vesci studet,
Vt etiam cuncta optima is levia præ illis putet.

Malim ego,ut numerorum ratio habeatur,

Sed ita Achilli armis inclutis vesci studet,
Vt & cuncta optima is levia præ illis putet.

Veteres in patrio casu *Achilli, Vlyssi*, imò & *Aristoteli*, *Themistocli*, dixisse, alio opere ostendimus.

*

- Bene facis.
Sed nunc quid subiti mihi febris æstuat mali.] Delrio emendat, *- mihi febris mali æstuat.*

Nempe metro aliter metuit. Sed potuit prior in *febris* corripi, uti in illo Catulli ad Flavium:

Verùm nescio quid febriculosi
Scorti diligis.

Nec magis probo, quod pro *æstuet*, *æstu dat* emendat. Vera est Mssorum lectio, in quibus est *escivit*, vel *exeivit*, quod & Iunio ac Mercero placet. Vel *accivit* scribe, cum Columna.

*

Quid est cur componere ausis mihi te, aut te mihi?] Metrum requirit, *Te mihi, vel me te mihi.* Vel hoc pacto:

Quid est, cur mihi componere ausis ted, aut te mihi.

Oculé

*

Ocule noxitudo obliteretur Pelopidarum. ac per nos sancte-scat genus.] Apud Iun. Maium pro *ocule* est *occule*, quod probo. Sic verò totum locum emendo:

- Occule.
Noxitudo obliteretur Pelopidûm, ac per nos genus
Sanctescat. -

*

Pag. 100. *Sed pervico Aiax animo, atque inorabili.*] Metro suadente lubens reponam:

Sed pervico Aiax animo, & inexorabili.

Verùm in Mssis est, *atque vorabili:* in Med. Ald. & apud Iun. Maium, *atque morabulioni*, vel *morabilioni*. Quæ faciunt, ut Attium *inorabili* potiùs, quàm *inexorabili* scripsisse credam. Quare vide, an non sic digeri oporteat:

- Sed pervico
Aiax animo, atque inorabli -

*

Vbi cura est, ibi anxietudo; acerba ibi cuncta consiliorum ratio, & fortunæ.] Ita & Mssi, & editi. Ad quæ proximè accedens, scribo:

Vbi cura est, ubi anxietudo; acerba ibi cuncta consili
Ratio, & fortunæ. Vel sic,
- acerba ibi cuncta consilis.
Obruit rationem fortuna -

Nempe ut τὸ *obruit* depravatum lateat in extimis syllabis illius *consiliorum.*

*

In quo salutis spes supremas summam sibi habet exercitî.] In Mssis & Ald. est, *In quo salutis spesque summas sibi habet summa exerciti.* Et similiter ferè Mediol. Lego, ut sit iambicus quadratus, vel potiùs finis initiumque senarij:

- in quo salutis spes quoque
Summas sibi habet exerciti -

ASTYANACTE.

*

Pag. 101. *Itera in quibus partibus (namque audire volo)*
Si est quem exopto, & quo captus modo,
Fortunâne, an forte reperitur.] Sic versus hosce digere:
- Itera in quibu' partibus,
(Namque audire volo) si is est, quem exopto, & quo captus modo,
Fortunâne, an fortè repertus? -

*

Troia est testis, quære ex aliis, qui illius miseritudine &c.] *Eius miseritudine* scriberem, nisi *illius* constanter esset in libris, ut συνίζησις sit.

*

Pag. 102. *- In celsis montibus*
Pecua, atque inter colles, pascunt Danai in Phrygie & terminis.] Ita vett. editt. Sed jam alij emendarunt, *in Phrygia terminis.*

*

Ferum feroci contundendum vi permisit sæviter.] In vett. editt. est,
Ferum feroci contundendum sæviter.
In Mssis est, *contundendum imperi sit sæviter.* Vnde aliqui, *vi permisit sæviter:* quod Nonij Iuniani marginem occupat. Atque hæc ipsa legens vestigia Scriverius noster divinabat,
Ferum ferociâ contundendum nuper iussit sæviter.
Mercerus vero non ineleganter legebat:
Ferum feroci contundendum imperio, sævum sæviter.
Possis tamen &, eiecto illo *sævum*, quod Mercerus pro *sit* infersit,
- Ferum
Feroci contundendum imperio 'st sæviter.
Vt simile sit isti, *Pacem Troiano ab rege petendum.*

Pag.

*

Pag. 103. *Hunc altaispinem regionum fac, ac desistet exercitum morari, nec me ab domuitione marceretur obsceno homine.*] Locus monstrosè corruptus. Quem à variis tentatum bellè emendavit Hugo Grotius:

- Nunc Astyanactem fac ut
Exercitum morari desistat, nec ab
Domuit.one me arceat, obsceno omine.

Solum requiro, vestigium saltem aliquod illius *regionum*, quod tertio loco comparet. Nec studio id omissum arbitror, sed calami festinatione. Puto pro eo *regium* voluisse, hoc modo:

- Nunc Astyanactem, regium fac ut
Exercitum morari desistat -

Nisi *Gr..corum* pro eo malis: quod non minus placet.

ATHAMANTE.

*

Cuius sit vita indecoris, mortem fugere turpem haut convenit] Octonarius est. Hadrianus Iunius expungebat particulam negantem, ut sententia sit, vitæ maculam pulcrâ morte elui debere. Sed clarissimus, præclareque de his studiis meritus, A. Schottus, lib. 11. Observat. Human. cap. v. monet, in Complutensi Mso ita se exaratum invenisse:

- cuiu' sit
Vita indecoris mortem fugere haut convenit.

Aliaque in hanc sententiam ex Sophocle, & aliis, ibidem adfert. Ipsum vide.

*

Beneficium grave in hostium peperisti gratiam.] Ita Hadrianum Iunium secutus edidit Delrio. In veteribus libb. est, *Veneficiis gravem* (vel *Egresia*) *hostium deperisti* (vel *peperisti*) *& grave.* Vnde ita tentabam:

- Beneficiis gravem
Hostium peperisti gratiam -

Nisi

Nisi fortasse placet magis iste Grotij octonarius:

Beneficijs egregijs hostimentum peperisti grave.

Sed prius minùs abit à veteri scriptura. Vtrobique verò *grave* erit solidum ac firmum, uti Nonius interpretatur; qui & adfert illud Attij in Nyctegresia,

Illud, quod facis, gratum ac grave est.

*

Priusquam infans oculi vescuntur tui.] *Priu'quam.* Nam senarius est. *Infans* pro *infando*, ut *nefantia* pro *nefanda*, apud Lucilium, & Varronem, Nonio teste.

ATREO.

*

Pag. 104. *Concoquit partem vapore, flamam tribuit verubus, lacerta in focos.*] Sermo est de Atreo, qui fratri Thyesti filium comedendum apposuit, partemque eius aheno coxit, partem veru assavit: ut scribunt Ovidius, Seneca, alij. Quare sic rescribo:

- concoquit partem vapor
Flammæ, lacerta tribuit verubus in focos.

Nec dissimulabo alteram conjecturam, etsi audaciorem fortasse. Extrema verba *in focos* (quæ duriùs cumprioribus cohęrent) penè putē corrupta esse ex *locos*. Nam dixerat Nonius, *lacertos* & *lacerta* dici; quod ubi Attij testimonio ostendit; hæc, similiave subiecit: *Locos dixere gen. mascul. Loca generis sunt neutri.* Nunc extrema solùm verba leguntur. Ita truncatis extremis legere oporteat,

- Concoquit partem vapore flammeo,
Tribuit verubus lacerta. -

*

Egone Achivûm imperium attingam, aut Pelopis digner domo] Sequens versus est trochaicus, cui ut hic respondeat, aut *Pelopiâ* scribe, aut,

- Pelopis me digner domo.

Simul

*

Simul & Pisæa premia arrepta à socru possedit suo.] Sic digere:

- Simul & premia
Pisæa arrepta à socru possedit suo.

*

Pag. 105. *Fregistine fidem? Neque dedi, neque do infideli cuipiam.*] In *Fregistine* tollo particulam interrogantem. Sunt enim Thyestæ, Atreo perjurium exprobrantis. Sequentia Atrei responsum continent. Muretus, ut senarius esset, ita legebat,

Neque do infideli cuiquam, neque dedi fidem.

Puto ego fuisse iambicum quadratum, vel finem initiumque senarij:

TH. *Fidem fregisti.* AT. *Neque dedi, neque do infideli quoipiam.*

BACCHIS.

*

Pag. 107. *Latum in Parnasso inter pinos tripudiantem in circulis*
Ludere, atque tædis fulgere.] Hæc vera est lectio: etsi in Mss. & vett. editt. pro *ludere* sit *ludo*. Quod sententia non fert; uti nec metrum, nisi vocibus trajectis.

*

Quantâ in venando affecti lætitudine.] Ita mutarunt metri ergo, cum prius legeretur, *affectus est*, uti est in Med. Ald. aliis. Sed scripserat Attius, *affectu'st lætitudine.*

*

Agite modico gradu, iacite thyrsos leves.] Hæc germana lectio. In vett. est *nisus* pro *thyrsos*. Item *iacet &*, pro *iacite*, quod est in Mso.

Vbi

*

Vbi sanctus Cithæron frondet viridantibus fœtis] Ex Anapæsto est:

- Sanctu' Cithæron
Frondet ubi viridantibu' fœtis.

Nisi *previridantibus* scripsit, ut postea Dec. Laberius:

Cur cùm vigerem membris previridantibus.

Ita leviculâ traiectione trochaicus fiet:

Vbi sanctus Cithæron frondet fœtis præviridantibus.

Sed prior sententia potior est.

*

Pag. 108. *Deinde omnes stirpe cum inclytâ Cadmeide*
Vagant matronæ percitatæ tumultu] Hadrianus Iunius legit,

- Cadmi vagant
Matronæ percitæ tumultu -

Vbi si addas *- vecordivagâ insaniâ*, quæ verba in Aldina adiiciuntur, feceris octonarium. Sed verba ista huc temere irrepsere ex sequenti Turpilij loco, ubi ea leguntur. Rectè verò corrigunt, *Cadmeide vagant*. Nam eius scripturæ vestigium quoque est in vett. libb. ubi exaratum est, *Cadmi devagant*. Sed quod observatum ab aliis non est, *τὸ omnes* in sequentem versum retrahi debet. Vera enim scriptura est:

Deinde stirpe cum inclytâ Cadmeide
Vagant matronæ omnes tumultu percitæ.

*

O Dionyse pater, optime vitisator, Semelâ genitus Euthuia] Duo sunt Archilochij, & unus trochaicus dimeter catalecticus: quæ versuum mixtura satis convenit Bacchis. Quod sicui non placet, sic digerat, ut è senario videatur,

- Dionyse o pater,
Optime vitisator, Semelâ genitus Euie.

Euij vulgatũ nomen reposui. Nam *Euthyus*, sive *Euthyius*, prout in Macrobij codd. legitur, non magis inter Bacchi

chi cognomina fuiſſe autumo, quàm *Euchias*; quod eruditi interpretis Horatiani commentum eſt.

*

Præſens preſto irridetis nobis . . . . ſtipe ultro oſtentum obtulit.] Loco penè deplorato egregiè medicinam fecit Scaliger in ſecundo Conjectaneorum, ubi corrigit:

- Pentheüs
Præſto cerritus nobis ſe ſtupens ultro oſtentum obtulit.

Qui jambicus eſt quadratus.

*

Deinde ab iugulo pectus glauco pampino obnoxæ obtexunt.] Divide poſt *pampino.* Nam è ſenario eſt. Mox ſcribe, *Obnixè obtexunt.*

BRVTO.

*

Viſum eſt in ſomnis paſtorem ad me appellere] In antiquiſſimâ Ciceronis editione, atque, ut cenſeo, omnium primâ, ita ſcriptum inveni:

Viſum eſt in ſomnis paſtor ad me appellere.

Eodemque modo in accuratiſſimâ editione ſuâ expreſſit Gruterus; qui tamen non diſſimulat, in Mſsis aliquot inveniri, *Viſum eſſe.* Ego non dubito, quin vera lectio ſit,

Viſu'ſt in ſomnis paſtor ad me appellere.

*

Minu' mirum eſt: ſed in re tantâ haut temere viſa offerunt.] Metrum requirit, *ſe viſa*, vel *viſa ſe offerunt.* Sed unde eſt, quod in antiquiſſimâ Ciceronis editione, atque adeò & in Mſsis, legitur, *haut temere improviſo offerunt?* Num *improviſo* corruptum eſt ex *in re ſe viſa?* Ita ſuſpicor. Nempe ut, vocibus leviter traiectis, in nonnullis codd. fuerit:

Minu' mirum eſt: ſed tantâ temere haut in re ſe viſa offerunt.

*

Pag. 110. *Popula commutationem rerum portendit fore*
Perpropinquam. Hæc bene verruncent populo. Nam quod
ad dexteram
Cepit cursum ab leva signum, &c.] Versu secundo creticus est in trochaico. Id si displicet, scribe,
- Nam quod dexterum
Cepit cursum -
Vel trajecto præverbio, *- Nam ad quod dexteram.*

CHRYSIPPO.

*

Melius pigrasse, quàm properasse est nefas.] Ita est in Mssis, atque editis. Sed postulat metrum, ut pro *est*, scribamus *esset*. Vel mente longè aliâ lege:
Melius pigrasse, quando properasse est nefas.

*

Quid agam? vox illius est certè. idem omnes cernimus.] Voce unâ trajectâ sit senarius:
Quid agam? illius est vox certè. idem omnes cernimus.
Sed nec isto opus. Nam trochaicus est, sed cui extremæ desint syllabæ.

*

Neque quisquam à telis vacuus, sed uti cuique obviam fuerat, ferrum, alius saxum, rodum.]
Locum hunc ita restituo:
Neque quisquam à telis vacuus, sed cuique obviam
Vt fuerat, hic ferrum, alius rodus saxeum.
Simililer poeta hic in Melanippo:
Hinc manibus rapere rodus saxeum grande & grave.

*

Quin huic si superescit, Spartam atque Amyclas trado.]
Nulli hîc numeri, nisi scribas, ut ex iambico sit:
- Quin si superescit, huic
Spartam, atque Amyclas trado -

Sed

Sed Mssi,& vett. editt. habent, *Qui hinc superescit.* Vt fortean scripserit Attius,

Qui superescit hinc -

Fortasse autem ne rectum quidē est *superescit*, vel *superascit*. Neq; enim eam habet notionē, quam solent verba in *sco* exeuntia. Iccirco *superessit* hîc malim: item in illo Ennij,

Dum quidem unus homo Romanu' togâ superessit.

Superessit pro *supererit*, R in S S, converso, quomodo in eodem tempore dixere *licessit*, *levassit*, & similia: de quibus in opere sæpius commemorato agemus.

CLYTEMNESTRA.

*

Pag. III. *In pectore fulmen inchoatum flammam ostentabat Iovis.*] Octonarium hunc de Aiace esse, addit Servius ipse.

*

Feras potiuntur plagas.] Est apud Donatum Adel. Act. IV. Sc. V. Ac ita legitur quoque in antiqua Tarvisinâ anni CIↃ. CCCC LXXVII.

*

Matre meo iure factum inilas, &c.] Hugo Grotius optimè emendabat,

Matrem ob iure factum incilas, genitorem iniustum approbas.

Verba sunt Ægisthi ad Electram.

*

Vt qua tum absentem rebus dubijs coniugem
Tetinerit, nunc prodat ultorem.] Cùm senarij sint, legi debet, *Tetinerit, nunc ultorem prodat.*

Vel, quod multis partibus malo, scribe,

Tetinerit, nunc prodat victorem -

Nam ἀντίθετις est apertior, inter res dubias, ac victoriam. Vt sententia sit, parum videri credibile, Clytæmnestram cogitare de prodendo Agamemnone victore, quæ eo ad Troiam pugnante, cùm reditus esset incertus, probè tutata sit pudicitiam, amoremque conjugalem.

*

Omnes gaudent facere rectè, mali pigrent.] Versum superiorem clausit nomen *boni*, vel *strenui*; nisi hoc post *rectè* excidisse malis, ut fuerit trochaicus. Vide autem oscitantiam Nonij. Agit de indiscretis nominum generibus. Ad ea pertinebat, ut *pigror* in virili, *pigritia* in muliebri genere diceretur. Post aliquod, ut credibile est, temporis intervallum incidit in scriptores duos, qui *pigrandi* verbo uterentur. Hoc quoque in codicem suum referre parat. Et incidit in caput hoc, quod secundum literarum ordinem digessit. Offert se locus de *Pigrore*: statim hæc de *Pigrare* allevit, oblitus, vel parum cogitans titulum capitis, qui est de nominum generibus indiscretis. Ita mihi videtur. Sed si ab alio potiùs, quàm Nonio ipso factum putes; non repugno. Amicissimo verò Scriverio alia mens est. Non hîc Nonij, sed librarij culpā notabat. Nam ita Nonium scripsisse existimat: *Pigror generis masculini: Pigres feminini, ut pigritia.* Acutè quidem: sed sunt, quæ scrupulum injiciant. Nam, ut arbitror, femininum potius *pigrities* foret, ut *luxuria luxuries, pueritia puerities*, similiaque. Etiam locis à Nonio adductis *pigrare* magis, quàm *pigres* convenire mihi videtur. Nam unus Ennij est:

- Post ætate pigret sufferre laborem.

Alter est Accij iste, in quo nunc sumus:

Omnes gaudent facere rectè, boni pigrent.

Sed & hunc, & illum locum, aliter legit vir ille doctissimus: uti ostendet ipse, cum sua in Tragicos hosce Conjectanea dabit. Nos enim festinamus.

*

Scibam hanc mihi supremam lucem, & servitutis finem dari.] Ita est in Mssis, atque editis. Sed ut trochaicus sit, scribe;

- Servitij finem dari.

*

Pag. 112. *- Aut ego illum eripiam, aut illi pœnas sufferam.*] Aldina citat ex Clytæmnestrâ: eâ antiquior Mediolanensis

nensis ex *Prægressia*: Mssi *Nyptægressia*: Iuniana, & Merceriana *Nyctegresia*, quæ vera absque dubio lectio est. Explicat eam vocem Festus in *Egretus*, ubi *noctisurgium* interpretatur. At, qui *Nyctegraciam* vocant, planè ridiculi sunt. Nam νυκτηγερσίαν vel νυκτεγερσίαν dixere Grammatici nocturnam Agamemnonis, ac primorum Græciæ, consultationem, de qua Homerus Iliad. K. Et propterea cum argumento fabulæ convenire videtur emendatio illa Scriverij nostri, *Aut ego Ilium eripiam, aut Ilij pœnas sufferam.* Sed vide, quæ ad Nyctegresiam dicemus.

DEIPHOBO.

*

Nos continuò ferrũ eripimus omnibu', manicas neximus.] Legas & apud Eutychem lib. II. de discernendis conjugat.

*

Vel hic qui in ea parte effrenata impudentia.] Vt sequentis versiculi instar senarius sit, scribe *effrenâ*.

*

Aut infando homine gnatula erat, aut arena si ex sole,
Qui neq; amico amicus unquam gravis, neque hostis hosti fuit.] Priorẽ versum ingeniosè restituit nobis Mercerus,
Aut infando homini, gnato Laertæ, Ithacensi ex solo.
Solùm, ne metrum claudicet, pro *gnato Laertæ*, malim ego, *generato Laertâ*. Versu sequenti lege, *neque hosti hostis.* Et amicum, & hostem gravem dixit; sed aliter, atque aliter, quod σύλληψιν vocant: uti in illo Ciceronis, *Eosdem ferè sectores fuisse collorum, & bonorum.* Diximus de hoc in Oratorijs. Posterior in *gravis* deperdit *s*, quò corripiatur. Nisi fortè scripserat Attius:
Qui neque amico amicus unquam, nec gravis hosti hostis fuit. Vel, *neu hosti gravis fuit.*

*

Pag. 113. *Eo ante noctẽ externa retia ut provehorẽ, & statuerem,*

Fortè aliquanto, quàm solitus, lembo sum progressus longius.] Sunt jambici quadrati. Sed pro *noctem externa* scribe, *nocte extremâ*. Dictio comica est.

DIOMEDE.

*

Ferè exanclavimus Tyranni sævum ingenium atque exsecrabile.] Deinde post *exanclavimus*. Cùm verò *exanclare* hîc sit perpeti, Nonio teste, pro *Ferè* cũ Scriverio *Feri* malim.

*

Non genus virum ornat, generis vir foris loco.] Trochaicus ἀκέφαλος. Sed integer fiet, si in fine addas, *sibi est*, vel *cluet*.

*

Si unquam perpediar gnato, puer ne attenderis, &c.] In Mssis est *præpediar*, vel *perpediar*. Sed rectum est *perpetiar*. Totum verò locum sic correxit Hugo Grotius:

Si unquam perpetiar, gnate, tu ne attenderis
Petere à me id, quod nefas sit concedi tibi.

*

Benignè, & pro beneficio large atque ampliter.] Gemino in loco Nonius adducit. Sed neutro dicit *largi* abverbialiter poni pro *largiter* Nec verũ puto. Præsertim cùm altero in loco dicat, *largi* positum esse pro *largire*, atque ita etiam, & Lucilium loqui, & Catonem.

*

Pag. 114. *Ita & fletu & tenebris obstinatus*
Speciem amissi luminis conspiciunt insolentiam.] Proximè secutus Mssorum fidem ita numeris quadratis restituo:

Ita fletu & tenebris obstinati, speciem amissi luminis
Conspiciunt insolentes. –

Vel, si *obstinatus* numero singulo malis, scribe mox,

Conspiciat insolentius.

Me

*

Me Argos referam.nam hic ſum nobilis &c.] Sic digere,
Argos me referam (nam hic ſum nob lis)
Ne cui cognoſcar noto. -
In Stephanicâ collectione eſt, *Nam hic ſuam nobilis*. Sed ſic non ſatis cohæreat cum ſequentibus.

DVLORESTE.

*

Vereor ſi unquam fatiſcar, quod quibo, boni.] Adi, quæ dicta ad Duloreſtem Pacuvij.

EPIGONIS.

*

Qui mihi genitores ulſo,nullum meis dat finem miſeriis] Etſi in Mssis ſit *ullo*, prout quoque edidit Mercerus : tamen vel legendum *ulto*, uti viſum Delrio : vel, quod longè ego malim,*ulſo*, cùm Nonius dicat,poni illud pro *ultus fuero*. Nam ab obſoleto *ulſi* fuit *ulſero* , unde κατὰ συγκοπὴν *ulſo* : de cuiuſmodi futuris fuſè diſſertamus in Commentarijs ſæpiùs dictis. Sic igitur ſcribe:

- *Qui niſi*
Genitores ulſo, nullum dat finem meis
Miſeriis --

Niſi malis , *Vlſo genitorem*. Nam in ſingulo numero legas in Mssis, & antiquâ Mediol.

*

Pag. 115. *Fateor, ſed cur propter te pigrem hæc , aut huius dubitem parcere capiti.*] Sic ſcribe, & digere :
- *Fateor, ſed cur propter id*
Pigrem hæc, aut huius dubitem parcere capiti?

*

Sed iam Amphilochum huc vadere cerno,] Trochaici fuêre,

Sed iam Amphilochum huc cerno vadere, & nobis datur bona
Pausa loquendi. -

*

Quibus oculis &c.] Deest initio *at*, vel *aut*, ut integer sit trochaicus:

At quibus oculis quisquam nostrum poterit istorum obtui,
Vultus, quos iam ab armis anni porcent? -

*

Maneas adhisante exsulio macte Pelopis externis.] De veritate eius, quod dicam, nihil spondere possim: sed tamen non dissimulabo, quod proximè vestigiis veteris scripturæ insistens divinabam;

-- *Men' eas*
Advisum ante exsulio mactare Pelopiis
Ex terris? -

*

Quid cesso ire ad eam? hem præsto est, camo collum gravem.] Primùm moneo, soccum potiùs hęc redolere, quā cothurnum. Quod etiam Scriverio nostro visum. Præterea malim,

- *Camo en collum gravem.*

Collus pro *collum*, teste Nonio; ut sententia sit, collum esse camo aggravatum. Camus funis est, quo furciferi alligantur furcæ. Plautus Casin. Sc. Face Chaline:

Taceo, Deos quæso, tu ut quidem hodie camum, & furcam feras.

Nunc *canem* pro *camum* vulgo scribitur. Sed contra fidem libb. vett. Mercerus in Nævij loco pro *camo* legit *quem amo*. Sed nihil opus esse mutato, ostendunt quæ diximus.

mus. Alias *camus* est vinculum sive frenum, quo equi coercentur: teste Isidoro lib. ult. Orig. cap. ult. Atque ita non solum usi sunt LXX. interpretes Psalm. XXXI. vers. 9. sed etiam B. Hieronymus in suâ interpretatione.

Eloquere properè, ac pavorem hunc meum expectora.] Trajectæ voces. Nam vel scripsit,

- Eloquere properè, ac hunc meum pavorem expectora;

ut ex iambico fuerit: vel, si trochaicum malis, lege, *meum hunc pavorem*, aut *pavorem meum hunc*, ut συνίζησις sit.

EPINAVSIMACHE.

Pag. 116.

In veteribus libb. nunc divisim invenio ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ. nunc conjunctim ἐπιναυσιμάχῃ.

Luciferâ lampade exurat Iovis arietem.]

- Luciferâ lampade exurat Iovis
Arietem -- *Iovis* hic rectus est, ut Priscianus monet in VI. ubi & adfert illud Cæcilij in Epistola:

Nam novus quidam Deus repertus est, Iovis.

Et contrà quantum obfueris, si victus sies, &c.] Vt jambicus sit, illud *Et* allevere initio contra fidem vett. libb. Puto ego potius scribendum, *Contraque.* Nam *que* exciderit, quia sequens vox à *qua* incipit.

Vbi non terricula tua sunt.] Malim,

Vbi nunc terricula tua sunt? - uti est in Mssis.

*

Sanguine undam salso sanctam obtexui Scamandriam,
Atque acervos alta in amni corpore explevi hostico.] Ita Scriverius. Sed in Mssis, & antiquis editis legas,

Accius Epinausimachemandria : Mundam salvo sanctam obtexui sanguine. Vnde conjecto hanc veram esse lectionem : Accius Epinausimache:

Et Scamandriam undam salso sanctam obtexi sanguine.

*

Pag. 117. *Primores procerum revocarent nomina, nisi*
Esset quis qui armis secum vellet cernere.] In Mso, numero singulo legas, *revocarit*: item pro *nisi*, *ni*. Sed puto Attium scripsisse:

Primores procerum provocaret nomine,
Si esset quis, qui armis secum vellet cernere.

*

Item ad mœstitiam mutam infantium quadrupedum.] Vltimam vocem delendam censeo, utpote quæ irrepserit huc ex isto Nævij, quod proximè antecessit:

Ducite eo cum argutis linguis mutas quadrupedes.

*

Eos mortales fenis lib. x. miseror sæpe studitos volo] Ne citò nimis desperasse videamur, tentabimus aliquid in loco prope deplorato. Ac primum illud *lib. decimo*, verisimile est inde ortum, quod citaretur locus ex *Decio.* Nam scripsit Attius Æneadas duos: nempe Brutum, in quo Lucretiæ cædes, & Tarquinii eiectio : item Decium, in quo se Decius filius, patris exemplo, Dis manibus devovebat. Hinc videas à Nonio citari, *Æneadis aut Decio,* ubi illud *aut Decio* additur, ut à Bruto distinguatur. Ac ut *Decimo* ex *Decio*, ita verisimile est illud *fenis* ex *Æneadis* esse corruptum. Atque hoc, ni fallor, Scaligero etiam observatum fuit. Quæ si ita sunt, uti censeo, duo Nonius attulerit exempla: prius ex ἐπιναυσιμάχῃ; alterum ex Æneadis aut Decio. Sed ex priori duo hæc solùm verba

super-

ſuperſunt : *eos mortalis*. Ex poſteriori verò iſta, ſanè quàm corruptiſſima: *miſeror ſæpe ſtuditos volo*. Cùm vero Nonius in eo ſit, ut oſtendat, verba memoriæ ac oblivionis pro patrio etiam accuſandi caſum admittere: veriſimile ſit, utrobique eius notionis verbum, ſive ob repetitionem crebram, ſive occaſione aliâ, eſſe prætermiſſum à librario. Itaque priori loco, ubi proximè anteceſſit tale exemplum, *eos reminiſcor dies*, ſcribendum ſuſpicor, *eos mortales reminiſcor*. Poſteriori loco, (cuius hæc verba, *miſeror ſæpè ſtuditos volo)* cenſeo ſcriptum fuiſſe, *miſeror ſæpe, aſt id eos volo*. Quæ verba ſenarium efficient, ſi addas verbum *oblivìſcier*, quod eò neglectum, quia ſequeretur mox ex Athamante, *Atque utinam memet poſſim oblivìſcier*. Totum itaque hunc locum ita poſſe reſcribi, coniectura eſt noſtra: Accius Επινοαυ σιμάχῃ : *Eos mortales reminiſcor* – Et Æneadis, aut Decio:

Miſeror ſæpe; aſt id eos volo oblivìſcier.

Vt hoc dicat poeta, ſæpe quidem eorum miſeritum eſt; ſed tamen non debent ſe æternùm macerare cogitatione eius mali. Fortaſſe tamen non *oblivìſcier* ſcripſit, ſed *reminiſcier*. Imò & priora verba aliter legere poſſis; nempe ut pro *miſeror*, *miſeros*; pro *ſtuditos*, *iſtud eos*, legas. Vt ſenarius ſit talis,

Miſeros ſæpe iſtud eos volo reminiſcier.

ERIGONA.

*

Sapimus animo, fruimur animâ, ſine animo anima eſt debilis.] Et hic locus, & plerique alij, qui ſequuntur, in Mſsis & editt. vett. citantur ex Epigona. Nempe quia Accius & Epigonos, & Erigonam ſcripſit, inde factum, ut nomina iſta non rarò confundantur à librarijs. De quo ne ſæpius neceſſe habeamus latus fodicare, ſemel id monere volui. Satis verò ſpiſſus eſt error eruditiſſimi Delrij, qui putavit hanc tragœdiam eſſe de Erigona, Icarij filia, quæ, patre à ruſticis

interempto, vitam laqueo finivit. Nam præter hanc altera etiam eius nominis fuit, *ex Clytæmnestra, & Ægisthо nata, quam Orestes voluit interficere; sed Diana eam rapuit, & in Attica fecit sacerdotem*: ut Hyginus tradit Fab. CXXII. De hac Erigona fabulam fuisse, præter alia ostendunt Ægisthi & Orestis nomina, quæ in his laceris reliquijs occurrunt.

*

Tum autem Ægisthus, si me eodem lecto comitasset patri] Placet emendatio aliorum,

– *simul eodem lecto cubitaret patri.*

Hoc est, Agamemnoni esset σύλλεκτρος, ut loquitur Euripides.

*

Quamquam exsangue hoc corpus mihi annis putret.] Sive ex iambico, sive ex trochaico est, commodè dividas post *mihi*.

*

Pag. 118. *Assentio, age nunc tu tuam progeniem, & ordine.*] In Med. Ald. aliis est, *& ordinem*. Sed rectiùs alij *ordine*. Est verò senarius, si *tuam* fiat μονοσύλλαβον. Quod etiam locum habet, si cum Mercero legas, *Ede ordine*. Vel scribe hoc modo:

Assentio, age nunc tu tuam
Progeniem exordire -- Quod imprimis placet.

*

Eáque hoc caussa, ut ne quis nostra auribus verba clepe-peret.] Numeris ita redde:

Eâque hoc caussâ, ut nequis nostra verba cleperet auribus.

*

Sed ubi ad finem ventum est, in quo illum fors exspectabat loco,
At quem Orestes gravis sacerdos ferro promto adstitit.]
Iustus Lipsius hæc ad Iphigeniam Tauricam referebat, unde pro *finem* legebat *fanum*. Sed ad cædem Ægisthi pertinere, satis liquet ex Electra Euripidis. Vnde Mercerus rectè emendat, *Atque Orestes.* Qui & *atque* interpretatur *statim*, uti in Maronis isto,

Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.

Vtrumque verò versum sic numeris restituo:

Sed ubi ad finē ventum est, in quo illū expectabat fors loco,
Atq; Orestes, gravi' sacerdos, ferro cum promto adstitit.

In vett. libb. quos & Mercerus secutus, pro *adstitit* legitur *adstituere*. Sed extremæ literæ, judicio meo, pertinuere ad initium vocis sequentis. *Vergilij* enim nomen continuò subiungitur.

EVRYSACE.

*

Super Oceani stagna, &c. Et,
Nunc per terras vagus extorris regno exturbatus mari.]
Duo hæc fragmenta ita legit, ac conjungit Scaliger in Conjectaneis:

Nunc per terras vagus, extorris,
Exturbatus regno atque mari,
Super Oceani stagna alta patris,
Terrarum anfracta revisam.

*

Tu autē, quod quæro abs te, enoda, &, qui sis, explica] Aliqui libri, *Tu autem, quod quæro ab te, enoda.* Alij verò, *Tu, à te quod quæro, enoda.* Vt *autem* ex *ab te*, vel hoc ex illo corruptū videatur. Alterutro igitur deleto, lege, ut scripsimus. Vtroque enim modo senarius est justus. Vti & si legas,

Tu

Tu, quod quæro à te, enoda, & qui sis explica.

*

Nam ea oblectat spes ærumnosum hospitem,
Dum id, quod miser est, clam esse censet alteros.] Versus pravo malè talo nitentes ita fulcias:
Ea namque oblectat spes ærumnosum hospitem,
Dum, quod miser est, id clam esse censet alteros.

*

Iam potero incipiam, & sine quid vi contendam ut hinc
Comportet tecum Salaminem habeam] Pro *potero* in Msis est *potere*, quod corruptum ex *patere*: pro *quid vi* (ut est in aliquibus Mssis) *qui diu* legas in Mediol. Ald. & Iun. Maio. Sed utrumque corruptum. Pro *comportet*, (ut est in vett. editt.) in Mso est *cum potest*: quod factum videtur ex *compotiri*. Locum itaque varie à Lipsio, Delrio, aliis tentatum, ita cum Grotio refingere possis:
Iam patere incipiam, & sine vi contendam, diu
Vt compotiri tecum Salaminem queam.
Sententia est, *patere, ut incipiam, ac sine, ut contendam vi.* Id enim verius puto, quàm ut *sine* sit præverbium.

*

Sed atratus tetrâ veste, & vastitudine
Tam deformatus] In Aldina, aliisque libris vett. legas: *Sed ut ratusta, & raveste, & vastitudine tarde forma tuis.* Pro *ut ratusta*, lego, *ut vetusta*; pro, *& raveste*, scribo, *& tetrâ veste*; pro, *tardè forma tuis*, cum Mercero repono, *tam deformatus.* Vt, judicio meo, sic legi debeat;
- *Sed ut*
Vetustâ veste, & tetrâ, & vastitudine
Tam deformatus -
Nisi concinnior fortè videtur ista Grotij emendatio:
Sed ut istâ tetrâ veste, & vastitudine, ac
Deformitate.

Nunquam

*

Nunquam erit tã immanis, cùm meâ operâ exstinctũ sciet,
Quin fragescat.] Vel *is* post *immanis*, vel *eum* post *exstinctum* ob syllabæ similitudinem librarius neglexit numerorum securus. *Meâ* verò *operâ* dixit, pro *culpa meâ*: quomodo & Catullum, & Cornelium Nepotem, & Porcium poetam esse locutos, monuit Clarissimus Andreas Schottus in erudito illo Humanarum Observationum opere.

*

Diffidam autem ne cidere turbat vulgum ambigua accius evitat, mœros disiicit.] Ita est in Mssis, nisi quod in nonnullis pro *autem* est *ante*. Itaque pro *Diffidam autem ne cidere*; vide num rectiùs legatur, *Differam ante neci dare*; an verò, *Differam autem occidere*. Ac puto pertinuisse ad eandem sententiam, ac alterum huius fragmentum tragœdiæ, *Quemadmodum impetum occupemus facere in ipsum regem*. Post illa sequitur, *turbat vulgum ambiguam, ac civem evitat mœros disiicit*. Vnde eliciebam hunc trochaicum;

Turbat vulgum ambiguam, ac civem evitat, mœros disiicit.

Vbi *evitare* sumitur, ut in illo Ennij:

Priamo vi vitam evitari.

Ex *accius* fecimus, *ac civem*. Aldina *Accius* retinet: ac sequentia pro novo poetæ huius testimonio habet, Quod si magis placet; necesse est, ut dicamus, à librario præteritum esse *τὸ vulgum*: quando de hoc inibi agit Nonius. Nempe, ut hæc vera lectio sit: *Accius*:

- *Vulgum evitat, mœros disiicit.*

Sed hæc sententia minùs iccirco probatur, quod antecessit *Accius*, ac propterea, non *Accius*, sed *idem* potiùs dixisset. Neque hic magis, quàm antè, fabulæ nomen omisisset.

*

- *Opinione factum est, quanto minùs*
Stirpem educabant, tanto ut reremur magis
Eos esse --] Scribe *Opinione est factum*: ut in

opinione ſit συνίζησις. Quod ſi particulam *ut* in priorem transferas verſum, erunt ſenarij duo:

Opinione factum eſt, ut, quanto minus
Stirpem educabant, tanto reremur magis
Eos eſſe.

*

Proh Di immortales! ſpeciem humanã, inuſitatã, egregiam,
Indignam clade & ſqualitudine.] Sic divide:
Proh Di immortales! ſpeciem, humanam, inuſitatam,
Egregiam, indignam clade & ſqualitudine.

Vterque ſenarius eſt: ſed prior ὑπέρμετρος, cuius poſtrema à ſequenti verſu abſorbetur; uti in illo Maronis:

Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem.

*

Pag. 121. *Quemadmodum impetum occupemus facere ultro in regem*] Lego, ut octonarius fuerit,

Quemadmodum impetũ occupemus ultro facere in regiam.

*

Nihil eſt, ſi autem ad te retardat, ſocium in portu eſt, copiaque ſubſiſtat modo, tu te ipſe effirma & compara.] Ita eſt in Mssis, & Ald. aliiſque veteribus editis. Quid Lipſius tentârit, ex Antiquis eius conſtat. Mihi quidem ea minus ſe probant. At magis acquieſcit animus in emendatione iſtac Hugonis Grotij:

Nihil eſt, ſi autem ad te ire tardat, ſociûm in portu copia
Subſiſtent, modò tute ipſe efferas arma, & te compares.

*

Heu mihi, ut etiam hæc ærumna mihi luctum addit luctibus. N. Quid miſerari id me Euryſacem tuam ſolitatem memoras formidas tibi: te commiſerebar magis, quam miſerebar mei, & multis mei & aliquando vexata generibus.] Augiæ ſtabulum non injuriam vocant viri docti. Tentabimus tamen, an expurgare poſſimus. Mihi ſic ſcripſiſſe Attius videtur, ut quinque ſenarii fuerint:

Hei

Hei mihi, ut etiam hæc ærumna luctum luctibus
Mihi addit! N. Quid miseriam ad me, Eurysaces, tuam,
Ac solitatem memorans, formidas tibi?
Te commiserabar mage, quàm miserebar mei,
Multis mali aliquando & vexata generibus.

Versu extremo pro *mei & aliquando*, invenimus in aliis, *talia aliquando*. Eoque ex initiali in *mei*, & tribus mediis in *talia*, veram elicere lectionem conati sumus.

*

Ilico, inquam habitat ovis quàm propitius] Ita Mssi & Ald. Sed in Mediol. est *quam proprius*. In alio, *quam propius*, reperit Mercerus. Non invenusta vera videtur coniectura viri doctissimi,

- Illico, inquam, abi, ac quant' ocius.

ILIONA.

*

Pag. 122. *Aut stagnorum humorem rimarentur loca.*] Ita edidit Hadrianus Iunius. Vnde Delrio, *humore* conjectat, metro invito. Quid si rescribam, *stagnorum humidûm*, pro *humidorum?* Sed Mssi, Ald. aliæ, etiam Merceriana legunt; *Aut stagnorum humorem rimarem loca.* Vnde malim:

Aut stagnorum humidorum rimarem loca.

Sic *inrimare* pro *irrimari* dixit Pacuvius Atalantâ, Nonio teste.

IONE.

*

Msus meus Priscianus gemino in loco citat ex *Ioe*, semel ex *Ione*: at vetus Veneta anni 1476 ex *Ioe* semel, bis ex *Ione*. Aliorum quoque Mssi plurimùm *Ioe* habent: quod etiam Delrio testatur. Sed *Iona* vera est scriptura, ut docemur fragmento, quod inde adducit Priscianus, *Custodem assiduum Ioni apposuit virgini.* Scripsit & Ionem Euripides, quæ exstat. Nam Sophoclea deperiit.

Ex

*

Ex taurigeno semine ortam fuisse, an humano eam] Priscianus quidem ita citat, idque ex Ione:

- Ex taurigeno semine
Ortam fuisse, an humano eam --

Sed Macrobius ex Minotauro hunc in modum refert:

-- Taurigeno semine
Ortum fuisse, an humano.

Vnde vir eruditissimus legendum conjectabat:

Taurigeno semine ortum fuvisse annuo.

Vt sententia sit, Non diffiteor Minotaurum esse cretum semine taurino. *Fuvi* pro *fui*, ut *annuvi* pro *annui*, & alia. Mihi nihil mutandum videtur, tum propter codicum consensum, tum quia ἀντίθεσις ista taurini & humani seminis locum habere potuit, sive de Minotauro ageretur, juxta Macrobium: sive de Ione in vaccam conversa, juxta Priscianum.

MEDEA EXVLE.

*

Pag. 123. *Ego me extollo in abietem, altè ex tuto prospectans aucupo.*] Trochaicus est. Et verba sunt pastoris eius, qui Argo navem describit apud Ciceronem in II. de Nat. Deorum. Quare & illa hanc ad fabulam pertinent, quæ superius ex Argonautis Attij citantur. Nec enim nomine Argonautarum fabulam ullam Attius scripsit.

*

Principio extispicum ex prodigijs congruens ars te arguit.] Octonarius est; sive *exstipicum* legas: sive *exstispicium*; quod eo impensius placet, quia ita legitur, & in Mssis, & antiquis editt. Et satis constat, veteres in talibus sæpe pluratiuũ casum per IVM extulisse: de quo & antea diximus.

*

Qui potis est repelli quisquam, ubi nullus est caussandi locus] Numerorum ergo, *nullu'st* scribe.

Pag. 124.

*

Pag. 124. *Par neci orbificor liberorum leto & tabificabili.*] Ita Mssi, & editt. vett. Vera lectio est: *Pernici orbificor liberorum leto tabificabili.*

*

Vt tristis turbinum toleraret hiemes, mare cum horret fluctibus.] Sic numeris redde:

- Vt tristes turbinum
Toleraret hiemes, cùm mare horret fluctibus.

MELEAGRO.

*

Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent,
Pro se quisque cum coronâ clarum constat caput.] Ita plerique Mssi, & Mediolan. Ald. & Iunianus Maius. Sed sententia, & metrum, postulant *circumstat*: uti & legit Mercerus.

*

Pag. 125. *Cuius exuvias, & coronam huic muneravit virgini*] *Cuius* μονοσύλλαβον est. Vel scribe, *Exuvias cuius*; ut octonarius sit.

*

Erat virile istuc, ferre advorsam fortunam facul.] Trochaicus quadratus sit,

Erat istuc virile, ferre ad. f. f.

*

Frigit fricantem corpus aërium occultè abstruso in flumine] Ita est in Ald. Sed in Mss pro *aerium* est *acuum.* Vir eruditissimus pro eo *atrum* legit. Qui & pro *fricantem* mavult *fricatque*; ut sit talis octonarius:

Frigit fricátque corpus atrum occultè abstrusô in flumine.

*

Frigit astas rubore ex oculis fulgens flameo] Scribe:

- Frigit
Æstus rubere ex oculis fulgens flameo.

Nec metrum refragatur. Nam Nonius clarè dicit, *frigit* corripere priorem, & hîc, & quoties pro *erigere* accipitur. Est verò sermo de Meleagro. Nam post fatalem stipitem in ignem ab Althæa matre conjectum,

Inscius, atque absens, flammâ Melagrus eâdem
Vritur, & cæcis torreri viscera sentit
Ignibus: ut est apud Nasonem in VIII.

*

Eodemque pertinet fragmentum sequens,

Eum suum vitæ finem, ac fati internecionem fore
Meleagro, torris cùm esset interfectus flameus.] In Msis, & Med. edit. est, *Cum suæ vitæ*. Vnde lego, *Tum suæ vitæ*. Vel, *Eum suæ vitæ*, κατὰ συνίζησιν. Eleganti verò tralatione *torrem interfectum* dixit pro *combusto*. quomodo de fracto vase dixit Aristophanes, τὸ τρυβλίον τέθνηκε. Et sæpe ita loquitur Plautus, inter alia Mercatore Act. v. Sc. I:

Vsus fructus, victus, cultus iam mihi harunce ædium
Interemtu'st, interfectu'st, alienatu'st, occidi.

Ac Appuleius quoque *interficere virginitatem* dixit.

*

Remanet gloria apud me: exuvias dignavi Atalantæ dare] Meleagri verba, qui pelle apri Calydonij Atalantam donavit, teste Hygino fab. CLXXIV. De eodem ita Ovid. in VIII.

- Sume mei spolium, Nonacria, iuris
Dixit, & in partem veniat mea gloria tecum.
Protinus exuvias rigidis horrentia setis
Terga dat -

*

Tum ut eliminor clamore, simul ac nota vox ad aures accidit] In vett. libb. est *Timidè eliminor*, unde corrigo, *Tum inde eliminor*. Est ex jambico, si legas,

- Tum inde eliminor
Clamore, simulac vox nota aures accidit,

Sed

Sed trochaicus ſic fiet,

Cum clamore : ſimulac nota vox ad aures accidit.

❧

Pag. 126. *Labore aut minuat itiner ingreſſum via*] Fortaſſe ſcripſerat :

Laborem aut minuat itiner ingreſſo viæ.

Viæ, inquit, laborem minuat proficiſcenti, ut de facundo comite dici ſolet.

❧

Nunc ſi me matrem manſues miſericordia

Capſit] Verba Althææ, dum, ut eleganter Naſo aït, in eâdem

- pugnat materque, ſorórque,

Et diverſa trahunt unum duo nomina pectus.

Huc quoque pertinet ſequens fragmentum,

Heu cor irâ fervit cæcum, amentiâ rapior, feror.

Vbi alij *ferorque*, ſed metro repugnante.

MENALIPPO.

❧

Ita libri vett. pro Melanippo, quod Græcanica compoſitio probat. Argumentum fabulæ quod fuerit, video à doctis dubitari. At nihil certius, quàm fuiſſe illud, non quidem de infelicibus Melanippi & Comæthus amoribus, de quibus Pauſanias in Achaicis : neque itē de illo Menalippo, quo à ſe in venando interfecto, Tydeus, eius frater, ſolum vertere eſt coactus : unde Statius 1 Theb.

Olenius Tydeus (fraterni ſanguinis illum

Conſcius horror agit) Et lib. 11.

Pollutus placuit fraterno ſanguine Tydeus.

Sed verò de Meleagro Thebano, de quo Statius extremo octavi Thebaidos. Vnde diſcimus, ut is Tydeum letaliter vulnerârit ; ſed ab eo viciſſim vulnus acceperit, & vivus adhuc ac ſpirans portatus ſit ad Tydeum, qui, in mortis ſuæ ſolatium, caput hoſtis abſciſſum, priuſ-

quam exſpiraret, dentibus feræ ritu, dilaniavit. Hoc argumentum fuiſſe fabulæ, planum mox fiet ex fragmentis ipſis.

*

Neque ratum eſt, quod dicas; neque, quæ agitas, diſcendi eſt locus.] *Diſcendi* corruptum videtur ex *diſſerendi*: quomodo, vocibus leviter traiectis, ex jambico videbitur acceptum:

Neque eſt ratum, quod dicas: neque, quæ agitas, locus
Eſt diſſerendi.

Sed non minùs placet, fuiſſe trochaicum:

Neque ratũ eſt, quod dicas; nec ea, quæ agitas, dicendi eſt locus.

Nam *dicendi* clarè eſt in Mediol. Ald. etiam ſchedis Farneſianis.

*

Conſtituit, cognovit, ſenſim conlocat ſe in celſum locum;
Hinc manibus rapere rodus ſaxeum grande, & grave.]

Scribe juxta alios libros:

Conſtituit, cognovit, ſenſim conlocat ſeſe in locum
Celſum, hinc manibus rapere rodus ſaxeum grãde, & grave.

*

Incurioſa itaq; es, Menalippe, reijcis abs te religionem ſcrupeam imponas.] In vett. Varronis codd. ita invenimus: *Ex eo ab Accio poſitum, Curioſa itaque es in Menalippa. Reiicis abs te religionem. Scrupeæ imponas.* Et videtur locus iſte eorum favere ſententiæ, qui arbitrantur, huic fabulæ nomen fuiſſe *Menalippe*: præſertim quando & Ennius eius nominis fabulam dederit, & ante eum Sophocles: imò & Μεναλίππην σοφὴν Euripides ſcripſit, cuius meminere Plato in convivio, Diodorus Siculus lib. 1. & alij. Sed hæc ſententia clarè jugulatur ſequentibus fragmentis. Quodque ad Varronis locum, hunc non infeliciter ita emendabat Scaliger: *Ex eo ab Attio poſitum pro curioſa. Itaque eſt in Menalippo: Reiicias abs te religionem, ſcrupeæ imponas.* Vbi *ſcrupeæ* eſt ἡ δεισιδαιμων.

*

Credite amici morte me imbuturum manus] Verba videntur Tydei, minantis amicis mortem, nisi ad se ferrent caput Melanippi, à quo vulneratus erat.

*

Regina, erit tempus cum hic torris, quem amburi vides.]

Stipes erat, quem, cùm partus enixa iaceret
Thestias, in flamam triplices posuere sorores,
Staminàque impresso fatalia pollice nentes
Tempora, dixerunt, eadem lignóque, tibique,
O modò nate damus, ut cecinit poetarum ingeniosissimus. Nihil igitur certiùs, quàm fragmentum istoc Attij continere Parcarum verba ad Althæam: nec esse ex Melanippo, sed Meleagro: etsi aliter sit, non tantùm in editis; sed etiam Mssis. In librarium conjiceremus culpam, nisi Nonius ex Meleagro proximum adduceret locum: ubi *ex eâdem* potiùs dixisset, nisi aliunde priorem locum citâsset. Quare Grammatici eius oscitantiæ hoc quoque adscribimus.

*

Obvia amens, idque adversum aptus, altum in promtu occupat.] In Mssis, Mediol. Ald. etiam illâ Iun. & Merc. legitur, *obvia mens, idque adversum.* Nec arbitror me invitâ venari Deliâ, cum ex vepreto horum verborũ elicio latens nomen *Menalippi.* h. e. Melanippi. Nunc ex Menalippo (ita id nomen semper scribunt, corruptè licet) disertim hunc locum libri omnes adducunt. Et videtur sermo esse de Capaneo, cùm inventum Menalippum in humeros conjecit, atque ad Tydeum portavit. Pro *obvia* scribo *obviu'*, sententiâ & metro postulante. Quod trochaicum est:

Obviu' Melanippum adversum aptus, alter in promtu occupat.

Ita quidem nobis videtur. Sed doctissimus Mercerus legit, *Omnia mea, sique adeò sum aptus, alter in promtu occupat.* Aliorum esto arbitratus.

*

En eum aliquis cette in conspectum, aut nos, ubi est, ducite ad eum.] Ita legit Hadrianus Iunius. Sed demonstrativa particula locum hic non habet; cùm de quærendo aliquo, non de invento sermo sit. In Mssis pro *En eum* est *Æneum*, uti & in Mediol. utrâque Venetâ, & apud Iun. Maium. Vnde suspicari aliquis possit, *Oeneum* legi debere. Is pater fuit Tydei, qui magna huius fabulæ pars erat. Sed nunquam Tydeus Oeneum, verùm Melanippum sibi in conspectum voluit offerri. Quod & præstitit Capaneus. Quare non malè me puto pro *Æneum* emendare, *Aut eum:* ut trochaicus sit;

Aut eum aliquis cette in conspectum, aut nos, est ubi, ducite
Ad eum –

*

Est res aliqua, quæ præsente his prius maturè insistit] Scribe, *maturè prius,* ut trochaicus sit.

*

Hic Melanippum interea traiectus nemorum in salti faucibus.] Lege, & sententiâ, & metro jubente, *inter traiectus.* Sequebatur versu proximo *Conspicit*, vel eius notionis verbum aliud. Ambiguum verò, num sermo fuerit de Tydeo, cùm primùm

Ille per oppositos, longè rimatus, amarum
Astaciden,

hoc est, Melanippum, vidit: an potiùs de Capaneo, qui primus reperit Melanippum, unde idem Papinius,

- primus abit, primusque repertum
Astaciden medio Capaneus è pulvere tollit
Spirantem, levâque super cervice reportat
Terga cruentantem concussi vulneris undâ.

MINOTAVRO.

*

Taurigeno semine ortum fuisse, an humano.] Vide quæ ad Ionem suprà notavimus.

MYR-

MYRMIDONIBVS.

*

Dubitat Delrius, utrùm Æſchilum ſecutus ſit Attius, an Sophoclem. Sed Æſchilum duntaxat huiuſce nominis feciſſe fabulam, Clariſſimi Ioannis Meurſij de tribus tragicis ſyntagma oſtendet.

*

Tu pertinaciam eſſe, Antiloche, hanc prædicas &c.] In Mediol. & Ald. eſt *Archiloche*. In Ms. *Antiloche*: quæ vera eſt ſcriptura: ut ex argumento fabulæ diſcimus. Nam eâ narrabatur, ut Achilles, dux Myrmidonum (à quibus fabula inſcribitur) ob ereptam Briſeida bello abſtineret: neque ullis Græcorum precibus flecteretur. Eo nomine Achillem pertinaciæ accuſabant, non Troiani, quibus iſtud expediebat, ſed Græci. His Achilles reſpondet, non tam pertinaciam eſſe iſtam, quàm pervicaciam, quæ laudi ducitur. Non igitur verba fiunt ad Archilochum, quem Antenoris Troiani filium fuiſſe, ac cum Ænea, & fratre ſuo Acamante, Dardaniis præfuiſſe, ſcribit Homerus Iliad. B. ſed ad Antilochum, Neſtoris filium, de quo idem Homerus prodidit Il. Σ. hunc primum Achilli de Patrocli morte nuncium retuliſſe, quo ille accepto, pertinaciam hanc, ſeu pervicaciam dici malis, remiſerit, rurſumque ad bellum ſit reverſus. Et, puto, cùm Antilochus à Menelao miſſus, nunciaret iſta, huiuſmodi inter Achillem, & Antilochum ſermonem interceſſiſſe. Nam quo minùs id in legatione Agamemnonis ad Achillem pacandum factum credam; facit, quod Homerus Il. Δ ineâ non nominet Antilochum, ſed Phœnicem, Aiacem, & Vlyſſem; quibus Hodius & Eurybates præcones additi fuerunt.

*

Tu addis, quod vitio eſt; demis, quod laudi datur.] Apud Scaligerum Conjectaneorum initio, ita legitur, - *demis, quod probro datur.* Sed vel ſcribe, *demis, quod probro haut*

 datur:

datur : vel potiùs retine, quod in Mssis invenitur, - *demis, quod laudi datur* : à quibus nec multùm abeunt editio Mediol. & Ald. ubi corruptè legitur, *demis, quod laudatur.*

*

Mea fata in acie obliti] Quamquam de eo capere possis, quod in fatis esset, non posse Troiam expugnari absque Achille: tamen planè arbitror, hoc potiùs dicere Achillem, geminum esse fatum suum; ut vel ad Troiam pereat, at perenne nomen relinquat: vel ignobilis domi commoretur, sed ætatem vivat. Quippe hoc responsi inter alia etiam Vlyssi dedit, cùm is, ex Nestoris consilio, ad Achillem missus esset, ut magnis promissis eius animum tentaret; quemadmodum est apud Homerum Il. I.

*

Quod si, ut decuit, stares mecum, haut me meus mœraret dolor,
Iam diu inflammarier naves vidissent suas.] Citat Nonius in *Mertare*, vt quidem editum est in Aldinâ. Sed Mediolanēsis, eâ vetustior, habet *Mœrare*, quod probum. Nam exponit *mœrentem facere*. Nempe *mœrare* & *mœrere*, differunt, vt *lactare* & *lactere*, *fugare* & *fugere*. *Mertare* verò longè aliud est, vt superiùs dictum. Præterea in Mediolanensi pro *haut me meus*, legas, *aut meus*. Puto veram esse scripturam, - *aut te meu' mœraret dolor*. Versu proximo pro *inflammarier*, in Ald. est, *inflammari & re*; in alijs, *inflammari, & ardere*; quomodo & edidit Stephanus in Fragmentis. Sed vel scribendum, *inflammari ardore*, vel potiùs, quod doctissimo placuit Mercero, *inflammari Atridæ naves vidissent suas.*

*

Classis trahere in salum, & vela ventorum animæ immittere] Vulgo *lassis*, vnde meritò Scaliger *classes* fecit; vt vera lectio sit:

-Classes

-Classes trahere in salum, --
Et vela ventorum animæ immittere-

*

Pag. 129. *Iram infrenes, obstes animis, reprimas confidentiam.*] Msus, *Iram in ferinis*. Propiùs veritati Aldina, *Iram in frenis*, ac Mediol. *iram infrenis*. Vera lectio est, *iram infrenes*, quam ad oram Nonii H. Iunius notavit: ac Mercerus in contextu expressit. *Infrenes* verò valet *frenis compescas*, sive *includas*, quod ex glossemate in Fabriani codicis contextum irrepsit. Verba fiunt ad Achillem iratum.

NEOPTOLEMO.

*

Quid si ex Grecia omne nomen Ilium par nemo reperiri potest.] Ita est quoque in Mediol. & Ald. Sed *τὸ nomen κατὰ μετάθεσιν* irrepsit ex *omne*. Pro *Ilium* verò literulâ mutatâ *illum* legi debet. Vt sit trochaicus,

Quid si ex Græcia omni illûm par nemo reperiri potest?

Nec multum abit Merceri emendatio,

-Ex Græcia
Omni illius par nemo reperiri potest.

*

Pag. 130. *Ita, ut dixi, macte his armis; macte virtute patris.*] Vetus Mediol. habet, *Act. in Epeolem. Pota ut dixi, macta his armisque, macte virtutem patris*. In Mssis pro *Epolem.* est *Opeolem.* Pro quo in Ald. est *Philocteta*. Sed longius hoc abit. Melius H. Iunius, qui *Neoptolemus* emendat, totumque locum ita corrigit, uti hic expressum. Tantùm numeros neglexit: propter quos pro *ut* scribendum *uti*, pro *virtute* item *virtute hac*, sive *virtute &*, quod proximè abit à libris, ubi est *virtutem*. Trochaicus est:

Ita, uti dixi, macte his armis, macte virtute & patris.

*

Vis veritatis, atque acritas.] - *Veritatis vis, atque acritas.*

*

Decorare est satius, quàm urbem teniis.] Ita est in Med. & Ald. Sed fortasse magna similitudo inter *Deos ornare*, & *decorare*, fecit, ut excideret alterum. Sic enim possis scribere, uti Grotius rectè observavit:

Deos ornare est satius, quàm urbem taniis
Decorare.

NYCTEGRESIA.

*

Pag. 131. De argumento huius tragœdiæ diximus ad locum illum è Clytæmnestra adductum, *Aut ego illum eripiam.*

*

Classis adit, clauditur, fervit.] Lege, *Clasis aditus clauditur, f.*

*

Cuius vos tumulti caussâ accierim, & quid parem advortite.] In Med. Ald. Iuniana pro *accierim*, corruptè est *acie timeo*: ubi in Mso *accierimet*, hoc est *accierim, &c.* Sequitur deinde in editis, *quid parum advorti*, vel *divorti.* Sed apud Stephanum in Fragmentis est *quid parem, animum advertite.* Ita octonarius erit, dum *cuius* monosyllabon fiat: uti in illo Attij Meleagro:

Cuius exuvias, & coronam, huic muneravit virgini.

Verùm cum τὸ *animum* absit à vett. libb. sine caussâ admitti non debet. Propterea potiùs credo esse è senario:

Cuius vos tumulti caussâ accierim, & quid parem
Advortite --

Sunt verba Agamemnonis ad primores Græciæ, quos noctu

noctu acciverat, vt è fabulæ inſcriptione diſcimus. Poſſis & verſu primo,

Quî vos tumulti c.

Vt *qui* valeat *ut*, quomodo Donatus exponit in prologo Andriæ. At correctio illa Hadriani Iunij, *Cuius tumulti cauſsâ ab itere meo quid parum divorti*, non uno nomine improbatur. Nam præterquam quod illud *vos* expellit, metri etiam rationem habet nullam, & ſenſus iſte ad fabulæ argumentum nihil facere videtur.

*

Scandit ora laterum texta Volcani vorax.] Scribe, & ſententiâ, & metro ſuadente,

Scandit laterum texta aura Vulcani vorax.

Sermo eſt de navibus Græcorum accenſis: quò etiam pertinet ſuperius fragmentum,

Claſſis aditus clauditur, fervit.

Nempe claſſis incendium illud erat, cuius cauſsâ nocturnam conſultationem inſtituerat Agamemno.

*

Aut ego illum eripiam, aut illi pœnas ſufferam.] Adi ea, quæ ad Clytæmneſtam notabamus. Mihi verò nihil mutandum videtur. Nam potuit iſta dicere Achilles, cum de Patrocli corpore certamē eſſet inter Græcos & Troianos; ut ſententia ſit, aut Patroclum ſe erepturum, aut vitam ſibi evitandam ab Hectore. Nonius verò more ſuo ineptit, cum *ſufferre* hic aliter accipi putat, quàm in illo Accij Myrmidonibus:

Ego me non peccâſſe planè oſtendam, aut pœnas ſufferam.

*

Tune quod ſupereſt ſocium mittis leto, an lucti pœnitet?

In vett. libb. eſt *tunc*, vel *tum*. Sed rectum eſt *tun'*. Nam trochaicus eſt. *Socium* verò hic patrius eſt caſus: ut bene vidit Scriverius. Sic igitur ſcribe, ac diſtingue:

Tun', quod ſupereſt ſociûm, mittis leto? an lucti pœnitet?

Niſi malis,

Tum, quod ſupereſt ſociûm, mitti leto? an l. p.

Vt

Vt antecesserit, Num patieris, ô Achilles, hæc, & ista? *Parvitet* verò hîc est *parum videtur*: de quo Donatus in Eun.

OENOMAO.

*

Pag. 132. *Per urbem, ut omnes qui arcem æsteumque accolunt*] In Aldina est, qui *arcana æsteumque accolunt*. Censeo τὸ *arcana* ex *arcem hanc* corruptum esse. ut talis sit senarius:

Per urbem, ut omnes qui arcem hanc, astyque accolunt.

Æsteum verò eò fidentius mutavi, quia in veteri Mediol. sit, *Astymque.*

*

Ferte ante auroram radiorum ardentum indicem,
Cùm somno in segetem agrestis cornutos cient,
*Vt rorulentas terras terras ferro * fidas*
Proscindant glebas, arvóque ex molli excitent.] Pro *ferte*, vel *ferè* scribe, vel cum Turnebo, *fortè*. Versu proximo quidam legunt, *Cùm sono.* Et ita etiam sensisse autumant magnum Turnebum. Quos librarij, ut ego censeo, error decepit. Nam planè voluit Turnebus, *Cum somno*: quippe qui nec istas de syllabarum modulis minutias ignoraret. *Cornutos* pro *bubus* dixit Attius. Hoc si, quia insolens sit, minùs probatur: vide an ista magis lectio placeat,

Sono cum in segetem cornuum agrestes cient.

Et puto æquiores huic correctioni erunt, quibus illud *sono* pro *somno* tantopere arridet. Sed mihi alterum magis placet propter librorum veterum autoritatem: etiam Aldinæ editionis; ubi est *cornuto scient*, quod si dividas, nihil aliud est, quàm *cornutos cient*. Versus tertius plus negotij facessit, qui debilis est ac mancus. Num extremo loco *roscidas* legemus? Putabat id Scaliger, ut extrita sit prima, quia eadem syllaba sit, quæ proximè antecessit. Sed huic adversatur sententiâ quod iam dixerat Attius,

rorulen-

rorulentas. Quare aut *roſcidas* hic locum non habet: aut ſimul pro *rorulentas* legere oportebit *pulverulentas*. Quid ſi ergo potius pro *fidas* ſcribamus *uvidas*? quod facit Turnebus. Sic una duntaxat deperierit literula. Et proclivis error fuit, propterea quòd V conſonum, & F, ex corrupto more ſimilem obtineant ſonum. Nec turbare debet, quod *rorulentas* anteceſſit. Nam hoc ad externè advenientem pertinet humorem: *uvidus*, uti & *uliginoſus*, ad naturalem. Servius ad Ecl. x. *Humidum eſt, quod extrinſecus habet aliquid humoris: uvidum verò, quod intrinſecus; unde uvæ dicuntur: quod tamen plerumque conſundunt poëtæ.* Idem ad illud Georg. II.

--, *dulcique uligine læta*, ait, *Vligo propriè eſt naturalis humor terræ ex ea nunquam recedens. Vliginoſus ergo ager eſt ſemper uvidus. Nam humidus dicitur, qui aliquando ſiccatur.* Qui locus corruptè vulgò legitur, etiam in Fabriciana editione, & in illa Petri Danielis. Quare fortaſſe ſic apud Attium reſcribendum:

Vt rorulentas terras ferro, & uvidas,
Proſcindant —

Vel ſic,

Vt rorulentas ferro terras uvidas
Proſcindant.

Denique verſu ultimo in veteribus libb. eſt; *glebas, quæ arvo ex molli excitent:* ut vera lectio ſit, *glebaſq. ex a. m. e.*

*

Ego ut eſſem adſinis tibi, non ut te exſtinguerem,
Tuam petij gnatam. numerò te expurgat timor.] Extrema verba ita leguntur apud Feſtum. Et ſimiliter in Nonio ſuo edidit Mercerus. Sed in veteribus libb. item apud Iun. Maium, invenio, *Numerò te expurgâſti.* Quod ſe mihi probat. Lego igitur, ut trochaici ſint:

Ego, ut eſſem adſinis tibi, non, ut te exſtinguerem, tuam
Petij gnatam. OE. *Numerò te expurgaſti.* --

Priora

Priora ſunt verba Pelopis, qui Hippodamiam amabat. Iis deinde Oenomaus reſpondet.

*

Pag. 133. *Saxum id facit anguſtitatẽ, & ſub eo ſaxo exuberans Scatebra fluvia eradit rupem-*] Ita eſt in Mediol. & Ald. Apud Iun. Mai. eſt, *flumina eradit.* Lego, *Scatebra fluvij eradit:* vel, quod præſtat, *Scatebra eluvio radit rupem.*

*

Præſtò etiam adſum; exprome quid fers; nam te longo itere cerno vadere.] Scribe,

- Præſtò etiam adſum, exprome quid
Feras: nam te longo itere cerno vadere.

*

Coniugium Tiſis patere ad te itiner tendere.] Satis conſtat, Oenomaum, Elidis ac Piſarum fuiſſe regem, ad quem Pelops profectus fuit amore filiæ eius, Hippodamiæ. Non dubium igitur, quin cum Delrio legere oporteat,

Coniugium Piſis petere, eò te itiner tendere.

Eò patitur συνεκφώνησιν.

*

Atque hanc poſtremò Solis uſuram cape.] Verba Oenomai ad Pelopem curru decertaturum.

*

Horrida honeſtitudo Europæ principium primum ex loco] *Primo ex loco* eſt in Mssis, Mediol. Ald. etiam Iuniana, & illa Merceri. Nec mutare debuit Delrio: qui adfirmatè adſerit, hoc fragmentum à nemine intelligi. Atqui, ſi veterem retineamus ſcripturam, commodum ſenſum elicere eſt. Nempe ut hoc dicat Attius, procos Hippodamiæ fuiſſe primæ notæ proceres ex Europa. *Principium* pro *principum*, ut *meretricium*, & ſimilia. *Horrida honeſtitudo* dicitur dignitas oris in viris fortibus, & ſtrenuis.

PARI-

PARIDE.

*

Frena thesauri equorum accommodant.] In Aldina est, *Accius, Impari frena thesauri equorum accommodant.* Sed in Mssis est, *Attius Pari, Frenates auri equorum a.* Vnde Hadrianus Iunius colligit, Paridem ab Attio esse scriptã. Sed quid si illud *Pari*, vel *Impari*, corruptum sit ex eo, quod erat, *In Parer.* Nam *Attij Parerga* etiam citat Nonius in *Porca*: ubi, & Mssi, & editi, incorruptè id nomen servarunt, nisi quod in Mediol. legas, in *Pacergorum lib.* In Attij verbis pro *thesauri* cum Scaligero scribe *tensarij.* Ita dicti, qui ducerent tensas, hoc est Deorum vehicula: de quibus Ascon. in 1; 1 1. Verr. & Serv. in 1. Æn. Glossæ vett. *Tensa*, θρόνος, ἅρμα θεῶν. Quid si & pro *equorum* scribamus *equûm ori*? De numeris verò solliciti non sumus, cum libri parergorum fortasse non minùs solutâ oratione scripti fuerint, quam eiusdem Διδασκαλικῶν libri. Sin planè è tragœdia esse placet, hac similive traiectione mederi possis:

- *frena equorum accommodant tensarij.*

Aut (si *impari* ex *interea* corruptum esse non displicet) hocce modo,

Tensarî frena interea equorum accommodant.

PELOPIDIS.

*

Nam me ut credam ex tuo esse conceptum satu,
Vt argumenta redigunt animum, & commovent.] In vulgatis, etiam Mediol. & Ald. erat, *Nam me ut heredem*, quod cum metro repugnare Had. Iunius videret, eiectâ particulâ *ut*, legebat,

Nam me heredem ex. t. &c.

Sed in Mssis est, *ut heredam*, unde rectè alij viderunt, legi debere:

Nam me ut credam ex t. &c.

Proxi-

Proximo etiam versu in Ald. est, *Vt argumenta*; in Mediol. *Et argumenta*. Hæc inconstantia non de nihilo est. Vtrumque enim corruptum est ex, *Tot argumenta*. Proximè *satu* antecessit; vnde factum, ut deperdito T, pro *tot* scriberetur, *Vt*, vel *Et*.

*

Pag. 134. *Cesso ire hinc, & rapere luctu vestem in leto coniugis?*] Metrum exigit, *Cesso hinc ire*. Nec aliter apud Nonium est.

*

Eius serpentis squamæ squalido auro, & purpurâ
Prætexta] Lego, *squalidæ auro*.

Maro in x.

Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum.

PERSIDIS.

*

Satin ut quem cuique tribuit Fortuna ordinem,
Nunquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum.]

Vera fabulæ inscriptio *Persa*, non *Perside*, ut rectè observat Delrio. In veteri Venetâ initio legas, *Statim*, quod ex *Satin* corruptum videtur. Sed in aliis est *satis:* & fortasse vera lectio est *Fatis*; quod si placet, *tribuit* κατὰ συνίζησιν efferetur, & tollere mox oporteat interrogationis notam.

PHILOCTETE.

*

Pag. 135. *Quod te obsecro, ne istæc aspernabilem*
Tetritudo mea me inculta faxit.] In vett. edit., ac apud Maium legas, *Quod te obsecro, ne hæc aspernabilem tetritudo meam* (vel *mea in*) *occulto faxit*. Sed in Mssis pro *mea in occulto* est *mea in inculto*. Quare hæc vera fuerit lectio:

-- *Quod te obsecro, ne hæc aspernabilem*
Me tetritudo inculta faxit.

Sive, si malis, *incultu faxit*.

*

Pag. 138 -- *Reciproca tendens*

Nervo equino concita tela.] Scaliger censet, optimè ita concinnari,

Tendens nervo tela reciproca

Concita equino.

Mihi non de nihilo esse videtur, quòd veteri ordine verborũ, locum hunc adducunt, & Varro in VI. de L.L. & Servius P. Danielis in IX. Æn. Quare altera magis sententia probatur, ut ex jambico sit,

Reciproca tendens nervo equino concita

Tela --

Quamquam etiam possis, sed vocibus trajectis,

-- *Reciproca*

Tendens equino tela nervo concita.

*

-- *Heu Mulciber*

Arma ignavo invicta es fabricatus manu.] Vestigium veræ lectionis est in Aldina, ubi est: *fabricatus & manu.* Nam numeri requirunt,

Arma ignavo invicta fabricatus es manu.

*

Si imperâsses tibi, ego nunc non essem miser.] Scribe, *Tibi si imperasses*. Raphaël Regius, monet in alijs inveniri,

Si par tibi esses, non ego n. e. m.

Sed priorem integram, hanc corruptam putat.

*

Agite, & volnus ne succusset gressus, cautè ingredimini.] Apud Iunianum Maium legitur *ingrediamini*: quomodo si scribas, octonarius erit. Sed alterum est in omnibus Nonij libris; nec rejici debet, modò trochaici interdum desinunt in pæonem quartum; de quo etiam diximus ad Hermionam Pacuvij.

*

Phrygiam mitiorem esse immani Graciâ.] Ita emendavit Mercerus: sed contra libros veteres, in quibus legitur,

Phrygiam minorem esse immanem Græciam. Quæ lectio proba est, dum post *esse* distinguas. Mercerum, & alios imperitia Nonij decepit: ut qui putârit, *immanem* hîc poni pro *crudeli.* Sed contrà sumitur pro *ingenti*, ut in illo Maronis,

-- *Posuítque immania templa.*

Quare ἀντίθεσις est inter Phrygiam exiguam, & amplam Græciam.

✱

Ita, ut dixi, macte his armis, macte virtute patris.] De hoc suprà ad Neoptolemum vidimus.

PHINIDIS.

✱

Hæc vera est inscriptio: prò qua in Mssis est *Finidis*, unde in veteri Mediolanensi est *Fundis*, vel *Figulinis*; quod & est in Venetâ Pincij: apud Iunianum Maium, *Servidis*. At longiùs etiam recessit Aldina, quæ *Phœnissis* inde fecit.

✱

Aut sæpe ex humili sede sublima advolant.] De Harpyiis loquitur: de quibus & superius fragmentum.

✱

Pag. 140. *Abtorque proram, ac suppa tortas copulas.*] In edit. Ald. est *supra tortas copulas.*. Sed Ms. habet *sipa*: unde aliqui *stipa* fecere. Sed nihil mutandum. Nam *sipare* est *iacere*; unde *siparium*, & *dissipo, insipo, obsipo.* Quare assentio H. Iunio, qui *sipa tortas copulas*, interpretatur, *ejice funes.*

✱

Que veat grafo tibi congenerat gentium, aut generum affinitas.] In Mediol. & Aldina est, *Quam vehat grato tibi.* Sed in Msso est, *Queveat fraso*, vel, *quaveat grafo.* Ubi *Adrasti* nomen latere, sagaciter sensit Hadrianus Iunius. Lego igitur, ut trochaicus sit,

Quæve Adrasto tibi congenerat gentium aut generum affinitas.

Seva

*

Sevenis sterilem esse illius operâ, medicinâ autumas.] Sermo est de Inone, Athamantis uxore, cuius cõsilio medicata ac tosta semina in sementim data sunt: unde Thebis sterilitas, summaque frugum orta est penuria: ut preter alios narrat Hyginus fab. 11. Quare assentio doctissimo Mercero, qui legit,

Sementim sterilem esse illius operâ, ac medicinâ autumans.

Vel, ut ex iambico sit,

-- Segetem

Sterilem es. i. o. a. m. a.

Quod ambiguum est, *segetem*, an *sementim* legere oporteat, facit librorum veterum inconstantia. Nam in plerisque Mss. legitur *Sevenis*, in Ald. *Si venis*, in Mediol. *Si veneris*, apud Iun. Mai. *Severus*. In eâdem Ald. post *opera* legas *est*, quod vestigium est lectionis veteris. Nam pro *operâ medicinâ* legi debet *operâ & medicinâ*.

*

Tacete, & tonsillas litore in laevo edite.] Ad ea recurre, quæ dicta ad Pacuvij Medum.

PHOENISSIS.

*

Thebis radiatum lumen ostendis tuum.] Quod in libris aliquibus *ostendis*, in alijs *ostentũ* legitur, uti est in membranis, hoc suspicionem injicit, latuisse vocem insolentiorem, quam variè mutarint. Ea fuerit *ostensti*: quod eopse tempore dicit Euripides Ἀκτῖν' ἔφηκας. Nam expressit Attius versus istos, quibus Phœnissas Euripides orditur:

Ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν,
Καὶ χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις
Ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν ἑλίσσων φλόγα,
Ὡς δυστυχῆ Θήβαισι τῇ τόθ' ἡμέρᾳ
Ἀκτῖν' ἐφῆκας.

*

Viciſſitatemque imperitandi tradidit.] Ita eſt in Mſsis. Sed librarij voce *imperitare* offenſi, pro eo vel *imputandi* ſcripſere, ut eſt in Mediol. vel *imperandi*, ut legitur in Ald.

*

Ne eorum divide diſcordiæ diſſupent,
Et diſturbent tantas, & tam opimas civium
Divitias.] Vera, ut cenſeo, ſcriptura eſt,
Ne eorum divide, diſcordiaque diſſupent,
Diſturbent tantas, & tam opimas civium
Divitias —

*

Iuſſit proficiſci exulium quovis gentium] Malim.
Iuſſit proficiſci quovis gentium exulem.

*

Ingredere, exi, effer te ex urbe, elimina.] Senarius ſit, ſi ſcribas *ted ex urbe.* Sed præverbium *ex* abeſt à Mſssis. etiam Mediol. & Aldina. Quare puto initio, vel in fine, pedem deeſſe, quo minus ſit ſenarius iuſtus:
Egredere exi, effer te, urbe elimina.

*

Delubra cœlitum, maris ſanctitudines] In Mſsis, Mediol. Ald. & apud Iunianum eſt *cœli tu*, unde rectè Scaliger *cœlitum* fecit. Ita è trochaicis duobus fuerit, quorum alterum poſtrema vox inchoet.

*

Gnatus virtute ſceptrum potiretur patris.] In vett. editt. ac Merceriana legas, *Gnatus ut tute*; unde fecerunt, *Gnatus virtute.* Nec damno. Sed magis tamen placet, *ut tutò.* Ita fuerit trochaicus prope integer. Iambicus ſenarius levicula trajectione fiat:
Vt tutò gnatus ſceptrum potiretur patris.
Poſſis & ſcribere,
Gnatus vice ut ſc. p. p. Sed alterum malo.

Qua

*

Quæ ego cuncta esse fluxa in meâ recreperâ comperi.] *Cuncta* senarium incipit.

STASIASTIS, vel TROPÆO.

*

Pag. 143. *Lib. 1. corporare abs tergo es ausus,*] Illud extra dubium est, fabulã non fuisse divisam in libros: eoq; legi non posse, *Tropæo lib. primo:* uti est in Ald. Alij malunt fabulam nominari, *Tropæum Liberi.* Sed hoc si est, cur & alibi Nonius tantùm *Stasiastas*, aut *Tropæum* vocat? Mihi literarũ ductus intuenti, videbatur illud *lib. 1.* facilè potuisse corrumpi ex *Ibi im.* præsertim cum in scribendo M non aliter soleant notare, quàm lineolâ positâ super vocalem. Neque unquam proclivior esse error solet, quàm ubi vox insolens occurrit: cuiusmodi est *im*, quod *eum* valere, Festus docet. Ita sententia sit, eum abs tergo vulnerare es ausus. Nam *corporare* idem esse ac *vulnerare*, ex Nonio constat. Si quis tamen pro *lib. 1.* cum Mercero, *libros* legere malit, non repugno.

*

Tum sibi deloi de lore hoc anima corpus liquerit.] Ita est in nonnullis Mssis, quos sequitur Merceriana. In alijs, uti & Mediol. & Ald. legitur, *Cùm subide delio dolore hoc animo corpus liquerit.* Vtraque lectio corruptissima est. Sic verò, & sententiæ, & numeris restituo:

Cùm subitò ex illo dolore hæc anima corpus liquerit.

*

Vulnere tetro deformatum suo sibi lautum sanguine tepido.] Sunt duo anapæstici. Nam *suo* μονοσύλλαβον fit. vel trochaicus fuerit unus, si *Tepido* sit initium ἀκεφαλίστιχίδος sequentis.

*

Non vides quam turbam, quosve fluctus concites?] Concinnior videtur hæc lectio, quæ ex codice Merceri expressa est. Tamen nec damnare ausim, quod in aliis:

-- Non vides,
Quantam turbam, quantosve fluctus concites?

Nam est in Mssis, etiam Mediol. & Ald. ut Iunianam, & nuperas alias, mittam.

TELEPHO.

*

Iam iam stupido Thessala somno
Pectora languéntque senéntque.] Ita est in Mssis, & editis. Puto tamen scripsisse, *Et iam.* Quomodo in sequenti fragmento, in Mediol. Ald. & recentibus etiam, non *iam iamque*, sed *iamque* ἁπλῶς legas. Vt vera scriptura sit,

Iamque Auroram rutilare procul
Cerno --

Cùm vero secundus prioris fragmenti versus non expleat anapæsticum; haud possis hæc connectere superioribus, nisi forte eo pacto immutare visum?

--- Et iam
Cerno auroram rutilare procul.

*

Pag. 144. -- *Quem ego ubi adspexi, virum*
Memorabilem intus viderer, ni vestitus teter,
Mœstitudo, vastitudo prædicarent hominem esse.] Nulla est ἀντίθεσις inter *virum memorabilem*, & *hominem*. Quare non quidem illud *virum* sollicito, nec enim opus; sed τὸ *memorabilem* corruptum arbitror ex *Deorum aliquem*. Rectè vero pro *vastitudo* rescribunt *vastitas*; cui corrumpendo ansam dedit, quod *mœstitudo* antecessit. Extremo loco nihil necesse, ut *deprædicare* pro *prædicare* scribamus: sed tantùm ordo mutandus. Sic igitur corrigo, ut ex octonario sit:

-- *Quem*

Quem ubi ego adspexi virum, Deorum aliquem intui
Viderer, ni vestitus teter, mœstitudo, vastitas,
Hominem esse prædicarent. --

Sermo est de Telepho mendico.

*

Proinde istæc tua aufer terricula, atque animum iratum comprime.] *Aufer* senarij initium est.

*

Pro certo arbitrabor sortis oracla, adytus, augura.] Ita etiam Delrio edidit. Sed sic scribe, & distingue,

Pro certo arbitrabor sorteis, oracla, adyteis, augura. Nonius *augura* pro *auguria* positum ait. Sed fortasse *auguria* scripsit Attius, ut extremo loco sit pæon quartus, vel potiùs, ut *auguria* κατὰ συνεκφώνησιν enuncietur.

*

Profectò hautquaquam est ortus meliori satu.] Aldus edidit, *Profectò quamquam est ortus meliori satu.* Sed, uti & Hadr. Iunius lib. VI. Animad. cap. XXI. observavit, in Mssis invenitur,

Profectò hautquaquam est ortus mediocri satu.

Et sanè in Mediol. quoque *mediocri* legas. Nec video, cur *meliori* melius putârit Delrio, adversus chirographorum fidem.

*

Qui neque cuiatis esset, unquam potuimus, multa crogitantes sciscere.] In vett. edd. est *multi:* sed *multa* est in Mssis. Etiam in editis erat *scire.* Sed in Mssis *sassere*, vel *sciss.ssere*, quod corruptum ex *sciscere.* In cunctis vero *rogitantes* pro *crogitantes* inveni. Ut vera hæc videatur scriptura,

Qui neque cuiatis esset, unquam potuimus
Multa rogitantes sciscere --

*

Pag. 145. *Nam etsi opertus squalitate est luctuque horrificabili.*] Nec in Mssis, nec editis, aliter legas. Tamen

versus requirit *horrificabili*. Et simile hoc est ac *luctificabile*. *Horrificale* verò dixisse veteres, non puto.

*

Nam is demum miser est, cuius nobilitas miserias nobilitat.] Octonarius fiet, voce unâ traiectâ,

Nam is demum miser est, cuius nobilitas nobilitat miserias.

Sed rectus est ordo vetus. Nam senarius est integer, in quo *Cuius* patitur συνεκφώνησιν. *Nobilitat* igitur versus novi initium fuit.

TEREO.

*

Conspexit in eam, amore vecors flameus, & Depositus.] Ita est in veteribus libris. Sed verius videtur,

Conspexit ut eam, amore vecors flameo, &
Depositus --

*

Video ego te, mulier, more multarum utier,
Vt vim contendas tuam ad maiestatem viri.] Terei verba ad Philomelam. *Video* & *tuam* συνίζησιν patiuntur.

*

O suavem linguæ sonitum, ô dulcitas conspirantis animæ.] Est finis initiumque trochaici,

-- *ô suavem linguæ sonitum, ô dulcitas*
Conspirantis animæ --

Quod si *dulcitas* in extremum rejicies locum, fiet iambicus quadratus.

*

Deum Cadmo generatum Semela affare, & famulanter pete.] Citat Nonius in *Affari*, & *famulãter*. Sed in *Famulanter* vett. editt. habent, *Devincant mone* (vel *move*) *natum Semelam*. Quos elementorũ ductus sequens, lubens legã, *Deum Cadmeide natum Semelã*. Sed libri iidẽ in *Affari* habent, *Deum Cadmo generatum Semela*. Vnde hanc lectionem exsculpo:

Deum

Deum Cadmigenâ natum Semelâ. Non inutile vero est considerare, quomodo pervertere literas soleant librarij. Ná facit id ad loca alia melius sananda. Sanè apud Nonium in *Affari* extrema verba ita leguntur, *famularent perpetuere.* Nempe *famulanter* bifariam corruptum: primum purâ traiectione, factum inde *famularent*: mox etiam literæ mutatione ex *ter* adiectum *per.* Quod sequitur *petu:re*, id traiectione literæ unius est ex *pete ver.* At *ver* illud est à sequenti voce. Nam *Vergilij* nomen continuò sequitur. Hæc ita esse, alter Nonij locus ostendit, ubi constanter est *famulanter pete.* Quare ita scribe, ut sit iambicus quadratus:

Deum Cadmigenâ natum Semelâ affare, & famulanter pete.

*

Atque id ego semper mecum sic agito, & comparo.] Numeris ut consulatur, scribe, *sic mecum.*

*

Alia hic sanctitudo est, aliud & nomen, & numen Iovis.] Vt sit trochaicus quadratus, vel ejectâ copulâ scribe, *aliud nomen*; vel eâ reservatâ lege, *alid & nomen.* Quomodo Lucretius in primo ait,

Quando alid ex alio reficit natura --

Ita enim, & illis, & aliquot aliis eiusdem poetæ locis disertim in membranis nostris invenimus. Vti & in suis Lambinus; quem hîc potiùs, quàm Giffanium, audi.

*

Fama, non nobilitas alta, ex stirpe præclarè vagat.] Bellè legit H. Grotius,

Fama nam nobilitas latè ex stirpe præclarâ vagat.

*

Novus novo habitu, advena
Animo audaci in medium proripit sese ferox.] In Mssis, & editis legitur, *Novus novo dabunt*: unde aliqui, *novo dabit*: Sed Mercerus optimè emendat, *Novo habitu.*

Sic verò digere : -- *Novus novo*

Habitu advena animo audaci in medium proripit

Sese ferox -- Vel extrema verba superioribus junge, ut versus quadratus fiat.

*

Sed ubi clamor is regem auferre ab regina occupo puerum] Ita legit Hadrianus Iunius : sed neque sententiæ, neque numerorum satis ratio habetur. Interim laude dignus est, quod ad sanam lectionem monstrarit viam. Sic enim vulgò, etiam in Ald. legebatur : *Fidem per eos, & nisi clamoris regem, aut ferre ab reginâ occupo puerum.* Vnde sic emendo : *Idem Tereo,*

Set nisi clamârim regem, aut ferre ab regina occupo puerũ.

Est iambicus quadratus. Et verba fiunt à quopiam, qui animadvertisset, Prognen filium suum Itym interimere velle.

TRACHINIIS.

*

Pag. 147. *Ipse alligatus peste interimor textili.*] In optimis quibusque codicibus legas, *illigatus*, & rectius. Nam respicit poeta *pestem textilem*, uti hîc vocat, hoc est tunicam Centauri sanguine tinctam, quam induerat Hercules.

THEBAIDE.

*

Quin id Circeo fonte advenient mundulæ nitidantur vulgo pripendantur soni.] Ita edidit Aldus. Sed qui cogitat, Thebaida hanc fabulam inscribi, satis videt, pro *Circeo fonte, Dirceo* legi debere. Et pro *soni*, cùm in Mediolanensi, tum etiam Mssis, *sonipedum* invenitur. Vide igitur, an non hæc vera lectio sit :

Quum de Dirceo fonte advenient, mundulæ,

Nitidatæ, a vulgo vi prendantur sonipedum.

Vt ad raptum virginum hæc referantur. Vel pro *Quin de*, scribe,

ſcribe, *Quin ubi*; ut eſt in Mssis. Et pro *mundule nitidantur*, poſſis *mundulè nitidata*. Et pro *vulgo,pri prendantur*, non diſpliceat, *è vulgo vi prendantur*. Sed neque diſſimulandum, in Mediolanenſi editione legi, *qua præpediuntur vi ſonipedum*. Vnde ſtatim eliciebam, *quadrupedantum ſonipedum*: & firmarunt valde Mssi, in quibus eſt *quadrupedantur ſonipedum*, uti & Mercerus expreſſit: qui & ipſe propterea *quadrupedantum ſonipedum* legi debere, admonuit. Hoc ſi placet, vide an non pro, *nitidantur vulgo*, ſcribi queat, *nitidantur pulvere*, quod eſt *à pulvere*, uſitatâ ellipſi. Imò & totum locum fortaſſe non malè ita concipias:

Dein ad Dircæum fontem adveniunt, mundulè
Nitidantur pulvere quadrupedantum ſonipedum.

TROADIBVS.

*

Nocturnam ſaxo fruges franges torridas.] Scribo, *Nocturnus. Nocturnus franges*, vel *frendas*, pro *noctu*: ut Maro de lupo dixit, *nocturnus obambulat*. Et de Ænea, *matutinus agebat*.

*

-- Nam neque pretio,
Neque avaritiâ, neque vi impelli, neque prece quita ſum.]

Pretio initium eſt ſequentis octonarij. Neque in libris eſt *quita ſum*; ſed *quitus ſum*. Scribe numerorum cauſsâ, *ſum quitus*.

INCERTIS FABVLIS.

*

Nullum eſt ingenium tantum, neque cor tam ferum,
Quod nō labaſcatur linguâ, miteſcat malo,] Verſus exigit, *labaſcat*. Vnum obſtare videtur. Nam citat Nonius in

Labaſcor

Labaſcor pro *labo.*& adfert locum Varronis, ubi diſertim eſt *labaſci*, pro *labaſcere.* Sed fortaſſe ſcripſerat Nonius, *Labaſco & labaſcor*, pro *labo.* Quod eo veriſimilius ſit, quia alioqui dixiſſet *labaſcor pro labaſco:* quomodo ibidem dicit *partiret pro partiretur, moderat pro moderatur, certatur pro certat,* & ita in alijs. Eſt enim id caput de contrarijs generibus verborum.

*

Pars frena tenſa ori equorum accommodant.] Vide, quæ ad Paridem Attij diximus.

*

Pag. 150. *Continuis ſecœpit ſpolijs*] Ita eſt quoque in veteri Mediol. & Ald. editioneque Romana Ant. Auguſtini. Sed Ioſ. Scaliger optimè veram lectionem perſpexit; quæ eſt *Continuis ſex apti ſignis.* Bigis, inquit, pervade polum, ſplendida illa ſidera mundi ſex ſignis apti. Simile igitur eſt iſti Ennij in Andromeda:

Quæ cava cœli ſignitenentis
Conſici' bigis.

Nam ita illic rectè legit Scriverius noſter: ubi vulgò *Signitenentibus*: quaſi bigæ Noctis rectè dicantur ſignitenentes. Ego nullus dubito, quin Ennio *cœlum ſignitenens* dicatur, uti Attio, *mundus ſignis aptus.* Vbi *mundus* poetarũ more capitur pro *cœlo*, quod ſidereum mundum vocant Tibullus & Seneca in Hippol. At *aptus* eſt præditus, vel inſignis. Quomodo, ut ſuprà dicebamus, Maro ait, *Axem ſtellis fulgentibus aptum:* & Ennius, *Fides alma apta pinnis*; & Appuleius, cum exprimere vellet Homericum illud, ἔπεα πτερόεντα, ait verba à poetis vocari *pinnis apta.*

*

Oblivio lavet, quod incidit invidendum.] In editione Varroniana Antonij Auguſtini proximè ante hæc verba antecedit: *& Actiacum illud.* Vnde colligunt, ſequentia eſſe Actij, ſive Attij. Sed Scaliger locũ hunc optimè emendavit: *Et, vitium illi obtulit, violavit, quod incidit in vidẽdum.* Sunt

igitur

igitur non Attij, sed Varronis verba, verùm corrupta.

*

Rectè perfectis sacris vult accipi.] Verba Varronis sunt ista lib. VI. de L. L. *Quod fit ritè, id ratum ac rectum. Ab eo Attius rectè perfectis sacris vult accipi.* Puto legendum, *Ab eo Attius ritè, rectè perfectis sacris vult accipi.* Vt hoc dicat, *rite* ei valere, *sacris rectè perfectis*. Atque ut Attij sint, *ritè perfectis sacris*, saltem illa, *vult accipi*, Varronis verba erunt.

*

Repudio eiecta ab Argis iamdudum exulo.] Dicuntur de Medea. De qua & illa Pacuvij è Medea:

Quid tandem? ubi ea est? quò ire cœptat exul? incerta an vagat?

Quare & Attiana illa meritò è Medeâ esse creduntur.

*

Odi residuos, somno deditos atque inertes.] Citat Festus in *Resid.* Quare scribo,

-- *Odi resides, somno deditos,*
Atque inertes. -- E trochaico est.

*

Si rite ad patriam salvus & sospes pervenisset] In schedis Farnesianis ita legitur: Accius in . . . *si rite ad patriam sospes pervenisset.* Vnde colligo, deperijsse nomen fabulæ Attianæ: verbaque Attij esse, *Si ritè ad patriam sospes peruenisset*; illa verò, *& salvus*, à Scaligero sunt, non Attio, aut Festo.

*

Pag. 151. *Nam neque pretio, &c.*] De hoc ad Troadas dictum.

*

Pag. 152. - *Præferuido fulgore*
Ardor iniectus Iunonis dexterâ ingenti incidit.] Citat Servius

Servius Fuldanus, ut ostendat, veteres putâsse, non solius Iovis esse fulmen, sed etiam Iunonis. Atque addit ex Varronis lib. v. rerum humanarum, quatuor Dijs fulmina assignari; eosque inter Minervæ etiam, atque inde esse, quod Maro in primo magni operis dicat, Aiacem Oïlea Iovis quidem fulmine, sed à Pallade esse interemtam.

*

Fregistine fidem, &c.] Castigavimus hunc locum in reliquijs ex Atreo Attij.

*

— Tanta moles labitur, &c.]
His de versibus aliquid dictum nobis ad Attij Medeam.

*

Pag. 154. *Accius verò cùm scriberet anguis, angueis imponebat.*] Sic Marij Victorini locum corrigo: *Accius verò cùm scriberet anguis, alterum G imponebat.* Vel sic, *cùm scriberet anguis, agguis ponebat.* Nam Attium in talibus binam GG scripsisse, auctor est Varro, & ex eo Priscianus lib. 1.

FINIS.



